“ Ad insidias, (ubi maximè virtus dispicitur virorum :
“ Ubi, quique timidus vir, quique fortis, facilè apparet :
“ Quippe ignavi mutatur *subinde* color alius ex alio ;
“ Neque ei, sine metando ut sedeat, continetur in præcordiis animus,
“ Sed flexis-genibus-considit, & super ambos pedes sedet ;
“ Intúsque ei cor valdè in pectoribus palpitat,
“ Mortem expectanti ; stridorque insuper oritur dentium :
“ *Viri* autem fortis, neque mutatur color, neque valdè
“ Tremit, postquam primùm se-collocârit-in insidiis virorum ;
“ Optat autem quàm-citissimè misceri in prælio gravi :)
“ Ne ibi quidem tuos animos & manus *quis* vituperârit.
“ Si quando enim *seu* eminùs vulneratus fueris in-pugna-laborans, seu cominùs ;

Ver. 276. — παρὰ νηυσὶ λεγοίμεθα — Ἐς λόχον.] In editione *Wetsteniana*, ubi Interpretatio plerunque perelegans, hæc ita redduntur : — *propè naves sedeamus in insidiis.* Pessimé.

Ver. 278. — ὅς τ' ἄλκιμος.] ὅ, τε τ' ἄλκιμος· Cod. *Italic.* à *Th. Benthio* collatus.

Ver. 284. — οὔτε τι λίην Ταρβεῖ.] Καλῶς Ὅμηρος, εἰπὼν, “ Τοῦ δ' ἀγαθοῦ ———, “ οὔτε τι λίην Ταρβεῖ.” Τὸν φόβον οὐκ ἀφεῖλεν, ἀλλὰ τὸν ἄγαν φόβον· ὅπως ἀνδρεία μὴ ἀπόνοια, καὶ θαρραλεότης μὴ θρασύτης γένηται. Plutarch. περὶ τῆς ἀρετῆς ἠθικῆς, sub finem.

Ver. 288. — βλεῖο.] Codex *Harleian.* à *Th.*

Οὐκ ἂν ἐν αὐχέν' ὄπισθε πέσοι βέλος, οὐδ' ἐνὶ νώτῳ,
Ἀλλά κεν ἢ στέρνων, ἢ νηδύος ἀντιάσειε,
Πρόσσω ἱεμένοιο, μετὰ προμάχων ὀαριστύν.
Ἀλλ' ἄγε, μηκέτι ταῦτα λεγώμεθα, νηπύτιοι ὣς,
Ἑσταότες, μή πού τις ὑπερφιάλως νεμεσήσῃ·
Ἀλλὰ σύ γε κλισίηνδε κιὼν ἕλευ ὄβριμον ἔγχος.
Ὣς φάτο· Μηριόνης δὲ, θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηϊ,
Καρπαλίμως κλισίηθεν ἀνείλετο χάλκεον ἔγχος·
Βῆ δὲ μετ' Ἰδομενῆα, μέγα πτολέμοιο μεμηλώς.
Οἷος δὲ βροτολοιγὸς Ἄρης πόλεμόνδε μέτεισι,
Τῷ δὲ Φόβος, φίλος υἱὸς, ἅμα κρατερὸς καὶ ἀταρβὴς,
Ἕσπετο, ὅς τ' ἐφόβησε ταλάφρονά περ πολεμιστήν·
Τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρήκης Ἐφύρους μέτα θωρήσσεσθον,
Ἠὲ μετὰ Φλέγυας μεγαλήτορας· οὐδ' ἄρα τώγε
Ἔκλυον ἀμφοτέρων, ἑτέροισι δὲ κῦδος ἔδωκαν·
Τοῖοι Μηριόνης τε καὶ Ἰδομενεὺς, ἀγοὶ ἀνδρῶν,
Ἤισαν ἐς πόλεμον, κεκορυθμένοι αἴθοπι χαλκῷ.

" Non in cervicem *tibi* à tergo inciderit telum, nec in dorsum,
" Sed vel pectoribus, vel ventri occurrerit,
" Ulteriùs rectà-ruentis, inter primorum-pugnatorum turbam.
" Sed age, nè amplius hæc interloquamur, fatui tanquam,
" *Hîc* stantes, nè fortè quis supramodum reprehendat:
" Verùm tu ad tentorium profectus sume validam hastam.
Sic dixit. Meriones autem, veloci par Marti,
Raptim è-tentorio sustulit æream hastam;
Secutusque est Idomeneum valdè pugnæ cupidus.
Qualis autem hominum-pernicies Mars ad-pugnam accedit;
Ipsumque Terror, charus filius, simul validus & impavidus,
Comitatur, qui utique terret pectoris-licèt-constantis bellatorem;
Atque hi quidem è Thraciâ in Ephyros armantur,
Vel in Phlegyas magnanimos; neque quidem iidem
Exaudierunt utrosque, alterutris autem gloriam dederunt:
Tales Merionésque, & Idomeneus, ductores virorum,
Ibant ad pugnam, armati corusco ære.

Th. Bentleio collatus, ἑλῆο. Quod nescio ancio annon magis analogum.

Ver. 289. — ἐν αὐχέν' ὄπισθε πέσοι.] *Al.* ἐπ' αὐχέν' ὄπισθε πέσῃ.

——— at non, Evandre, pudendis
Vulneribus pulsum aspicies. ———
Æn. XI, 55.

Ver, 290. — ἀντιάσειε. Vide suprà ad α', 67.

Ver. 295. — ἀτάλαντος.] Vide suprà ad β', 627.

Ver. 296. — χάλκεον ἔγχος.] Vide suprà ad γ', 380.

Ver. 298. Οἷος δὲ βροτολοιγὸς ———, Τῷ δὲ Φόβος ———.]

Qualis apud gelidi cùm flumina concitus Hebri
Sanguineus Mavors clypeo increpat, atque furentes
Bella movens immittit equos; ———
——— circumque atræ Formidinis ora,
Iræque, Insidiæque, Dei comitatus, aguntur.
Æn. XII, 331.

Ver. 300. Ἕσπετο] *Comitari solet.* Ita optimè constat *Temporum* ratio. Vide suprà ad β', 221; & ad α', 37.

Ver. 301. Τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρήκης Ἐφύρους μετὰ θωρήσσεσθον,

Ἠὲ μετὰ Φλέγυας.] Hos nimirum populos ait, πολέμοις μάλιστα Ἑλλήνων χαίρειν. *Pausan. lib.* 9. c. 36. Cæterùm *Pausanias* versum priorem hoc modo citat;

Τὼ μὲν ἄρ' εἰς Ἐφύρους πόλεμον μεταθωρήσσεσθον.

Ver. 307.

Τὸν καὶ Μηριόνης πρότερος πρὸς μῦθον ἔειπε·
Δευκαλίδη, πῆ τ' ἂρ μέμονας καταδῦναι ὅμιλον;
Ἢ ἐπὶ δεξιόφιν παντὸς στρατοῦ, ἢ ἀνὰ μέσσους,
Ἢ ἐπ' ἀριστερόφιν; ἐπεὶ οὔποθι ἔλπομαι οὕτω
Δεύεσθαι πολέμοιο καρηκομόωντας Ἀχαιούς.
Τὸν δ' αὖτ' Ἰδομενεύς, Κρητῶν ἀγός, ἀντίον ηὔδα·
Νηυσὶ μὲν ἐν μέσσῃσιν ἀμυνέμεν εἰσὶ καὶ ἄλλοι,
Αἴαντές τε δύω, Τεῦκρός θ', ὃς ἄριστος Ἀχαιῶν
Τοξοσύνῃ, ἀγαθὸς δὲ καὶ ἐν σταδίῃ ὑσμίνῃ·
Οἵ μιν ἄδην ἐλόωσι καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο,
Ἕκτορα Πριαμίδην, καὶ εἰ μάλα καρτερός ἐστιν.
Αἰπύ οἱ ἐσσεῖται, μάλα περ μεμαῶτι μάχεσθαι,
Κείνων νικήσαντι μένος καὶ χεῖρας ἀάπτους,
Νῆας ἐνιπρῆσαι, ὅτε μὴ αὐτός γε Κρονίων
Ἐμβάλοι αἰθόμενον δαλὸν νήεσσι θοῇσιν.
Ἀνδρὶ δέ κ' οὐκ εἴξειε μέγας Τελαμώνιος Αἴας,
Ὃς θνητός τ' εἴη, καὶ ἔδοι Δημήτερος ἀκτήν,

Hunc & Meriones prior verbo allocutus est;
" Deucalionide, quâ-parte fert-animus ingredi turbam?
" An ad dextram totius exercitûs, an per medios,
" An ad finiftram? quoniam nusquam existimo adeò
" Indigere certamine comantes Achivos.
Hunc autem Idomeneus, Cretum ductor, vicissim allocutus est;
" Naves quidem ad medias qui auxilientur sunt & alii,
" Ajacésque duo, Teucérque, qui præstantissimus Achivorum
" Arte-sagittandi, strenuus etiam & in statariâ pugnâ;
" Qui illum satis exerceant, perquam-incitatum licèt ad pugnam,
" Hectorem Priamidem; etiamsi admodum fortis sit.
" Arduum sanè ei erit, valdè licèt ardenti in prælium,
" Illorum superato robore & manibus invictis,
" Naves incendere; modò non ipse Saturnius
" Injecerit ardentem torrem navibus velocibus.
" Homini autem non cesserit magnus Telamonius Ajax,
" Qui mortalísque sit, & edat Cereris fruges,

Ver. 307. — πῆ τ' ἄρ] *Et quânam igitur* —?

Ver. 309. — ἀριστερόφιν; ἐπεὶ] Quâ ratione, ἀριστερόφιν, hîc ultimam producat; item τε, *ver.* 323; & Ἀχιλλῆϊ, *ver.* 324; & ὑπαὶ, *ver.* 334; Vide suprà ad ά, 51.

Ibid. — ἐπεὶ οὔποθι —— οὕτω δεύεσθαι.] Ne *dubitare* videatur *Meriones*, eóne versùs iret auxiliatum, ubi se *maximè* opus esset; an eò ubi se *nihil* opus esset; quod est videlicet absurdum: contendit *Popius* verba, οὔποθι οὕτω δεύεσθαι, eam vim habere, ut dicantur Græci, *omni ex parte* pulsi, auxilio *undique* ex æquo indigere. At hoc non fert linguæ Græcæ ratio. Dubitanti & quærenti, dextraéne parti, an sinistræ, an mediæ demùm aciei opem ferret: succurrit, sinistram exercitûs partem auxilio maximè egere: Nec in hoc, quidquam absurdi.

Ver. 310. — καρηκομόωντας.] Crinitos.
——— *Crinitus* Iopas. *Æn.* I, 744.

Ver. 312. — ἀμυνέμεν εἰσὶ καὶ ἄλλοι.]
Sunt alii, qui tecta manu defendere possunt. *Æn.* XII, 627.

Ver. 316. Ἕκτορα Πριαμίδην, καὶ εἰ μάλα καρτερός ἐστιν.
Αἰπύ οἱ —,] Plerique distinguunt,
Ἕκτορα Πριαμίδην· καὶ εἰ μάλα καρτερός ἐστιν,
Αἰπύ οἱ ————,
Sed istâ ratione, multò magis ταυτολόγον erit in eâdem sententiâ, εἰ μάλα καρτερός ἐστιν, &, μάλα περ μεμαῶτι μάχεσθαι.

Ibid. — Πριαμίδην.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 317. — μεμαῶτι.] Vide suprà ad γ' 46.

Ver. 320. Ἐμβάλοι.] *Al.* ἐμβάλῃ.

Ver. 321. Ἀνδρὶ δὲ κ' οὐκ] *Al.* Ἀνδρὶ δ' οὐκ.

Ver. 324.

Χαλκῷ τε ῥηκτὸς, μεγάλοισί τε χερμαδίοισιν·
Οὐδ' ἂν Ἀχιλλῆϊ ῥηξήνορι χωρήσειεν,
Ἔν γ' αὐτοσταδίῃ· ποσὶ δ' οὔπως ἐστὶν ἐρίζειν.
Νῶϊν δ' ὧδ' ἐπ' ἀριστερ' ἔχε στρατοῦ, ὄφρα τάχιστα
Εἴδομεν, ἠέ τῳ εὖχος ὀρέξομεν, ἠέ τις ἡμῖν.
Ὣς φάτο· Μηριόνης δὲ, θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηϊ,
Ἦρχ' ἴμεν, ὄφρ' ἀφίκοντο κατὰ στρατὸν, ᾗ μιν ἀνώγει.
Οἱ δ' ὡς Ἰδομενῆα ἴδον, φλογὶ εἴκελον ἀλκὴν,
Αὐτὸν καὶ θεράποντα σὺν ἔντεσι δαιδαλέοισι,
Κεκλόμενοι καθ' ὅμιλον, ἐπ' αὐτῷ πάντες ἔβησαν·
Τῶν δ' ὁμὸν ἵστατο νεῖκος, ἐπὶ πρυμνῇσι νέεσσιν.
Ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ λιγέων ἀνέμων σπέρχωσιν ἄελλαι
Ἤματι τῷ, ὅτε τε πλείστη κόνις ἀμφὶ κελεύθους,
Οἵτ' ἄμυδις κονίης μεγάλην ἱστᾶσιν ὀμίχλην·
Ὣς ἄρα τῶν ὁμόσ' ἦλθε μάχη, μέμασαν δ' ἐνὶ θυμῷ
Ἀλλήλους καθ' ὅμιλον ἐναιρέμεν ὀξέϊ χαλκῷ.
Ἔφριξεν δὲ μάχη φθισίμβροτος ἐγχείῃσι

" Æréque violabilis *fit*, magnisque saxis:
" Nè ipsi quidem Achilli hostium-agmina-perrumpenti cesserit,
" In statariâ quidem *pugnâ*; pedibus autem nequaquam potest contendere.
" Nobis itaque huc ad sinistram tende exercitûs, ut citissimè
" Videamus, an alicui gloriam præbituri simus, an quis nobis.
Sic dixit. Meriones autem, veloci par Marti,
Cœpit ire, donec pervenissent ad exercitum, quâ eum jusserat.
Hi autem, [*hostes*] quum Idomeneum viderent, flammæ similem fortitudine,
Ipsum & famulum cum armis vario-artificio-factis:
Cohortantes per turbam, in ipsum omnes irruebant;
Manibusque utrinque consertis, commissum-est certamen ad puppes navium.
Ut verò cùm à stridulis ventis *agitatæ* ingruunt procellæ,
Die illo quum plurimus pulvis *est* in viis;
Qui porrò *venti*, simul pulveris magnam stare-faciunt nebulam:
Sic utique his simul *irruentibus* inita est pugna, ardebantque animo
Invicem-se per turbam interficere acuto ære.
Horruit autem pugna mortalibus-exitiosa hastis

Ver. 324. Οὐδ' ἂν Ἀχιλλῆϊ.] Notandum hîc quanto cum artificio, (ut Poëma unum sit a capite ad calcem,) quicquid rerum narretur, quisquis hominum loquatur, nusquam non spectetur & inferatur *Achilles*. Vide suprà ad β', 673, 681; ad ι', 788; & ad ή, 228.

Ver. 326. Νῶϊν δ' ὧδ' ἐπ' ἀριστερ'] *Quoniam media acies Tantis Viris tuta est, ideò Nos ad sinistram* ——.

Ver. 329. — ἀφίκοντο.] ἀφίκοιτο, cod. *Harleian.* à *Th. Bentleio* collatus.

Ver. 331. — θεράποντα] Vide suprà ad ver. 246.

Ver. 334. Ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ λιγέων ἀνέμων]
Qualis ubi ad terras abrupto sidere nimbus
It mare per medium; miseris heu præscia longè
Horrescunt corda agricolis; dabit ille ruinas
Arboribus, stragemque satis; ruet omnia laté:
Antevolant, sonitumque ferunt ad littora venti:
Talis in adversos ductor Rhœteius hostes
Agmen agit; densi cuneis se quisque coactis
Agglomerant. ——— *Æn.* XII, 451.

Ver. 339. Ἔφριξεν δὲ μάχη ——· ὄσσε δ' ἄμερδεν Αὐγὴ χαλκείη.]
—— ferro ancipiti decernunt, atraque latè
Horrescit strictis seges ensibus, *æraque fulgent*
Sole lacessita, & lucem sub nubila jactant.
Æn. VII, 525.

—— tum

Μακρῆς, ἃς εἶχον ταμεσίχροας· ὄσσε δ' ἄμερδεν
Αὐγὴ χαλκείη κορύθων ἀπὸ λαμπομενάων,
Θωρήκων τε νεοσμήκτων, σακέων τε φαεινῶν,
Ἐρχομένων ἄμυδις· μάλα κεν θρασυκάρδιος εἴη,
Ὃς τότε γηθήσειεν ἰδὼν πόνον, οὐδ' ἀκάχοιτο.
Τὼ δ' ἀμφὶς φρονέοντε δύω Κρόνου υἷε κραταιὼ
Ἀνδράσιν ἡρώεσσι τετεύχατον ἄλγεα λυγρά.
Ζεὺς μὲν ἄρα Τρώεσσι καὶ Ἕκτορι βούλετο νίκην,

Longis, quas tenebant acutas; oculosque perstringebat
Splendor æreus, galeis à lucentibus.
Thoracibusque recens-tersis, scutisque fulgentibus,
Congredientium in-unum: Valdè utique audax-animo esset,
Qui tunc gavisus esset viso labore, neque animo-turbaretur.
Porrò diversis *partibus* faventes duo Saturni filii viribus-potentes,
Viris heroibus struebant dolores graves.
Quippe Jupiter quidem Trojanis & Hectori volebat victoriam,

——— tum latè ferreus hastis
Horret ager, campique armis sublimibus
ardent. *Æn.* XI, 601.
—— et *luce* coruscus *abenâ*. *Æn.* II, 270.

Ἔνια μέντοι σαφέστερον ἐν ταῖς μεταφοραῖς λέγεται, καὶ κυριώτερον, ἤπερ ἐν αὐτοῖς τοῖς κυρίοις· ὡς τὸ, "Ἔφριξεν δὲ μάχη." Οὐ γὰρ ἄν τις αὐτὸ μεταλαβὼν διὰ κυρίων, οὔτ' ἀληθέστερον εἴποι, οὔτε σαφέστερον. *Demetr. Phaler.* § 82. Τὸ δὲ, "αὐγὴ χαλκείη," τολμηρόν φασιν ἐνταῦθα εἶναι οἱ παλαιοί. Οὐ γὰρ παραβολικῶς εἶπεν, ὡς ἐν ἄλλοις, "Χαλκὸς ἐλάμπετο εἴκελος αὐ-"γῇ πυρὸς," οὔτι τοιοῦτον· ἀλλὰ μονονουχὶ ἐφλόγωσεν τὰ ὅπλα, ἤλιου ἤ τινα τοιαύτην λαμπηδόνα προσπλάττων αὐτοῖς, *Eustath.*

Ibid. —— φθισίμβροτος.] Syllaba φθῖ, in vocabulis φθισίμβροτος & φθισήνωρ, non ex φθίσις desumpta est, sed ex φθίνω. Quæ vox, apud Homerum, etiam & in *Futuris* φθίσειν & φθίσεσθαι, primam *semper* producit. At φθίσις, φθιτὸς, & similia, sunt ex *Aoristo* ἔφθινον. Vide suprà ad ά, 309, 314, 338; & ad β', 43, 833.

Ver. 341. ——— ἀπὸ λαμπομενάων] *Al.* ἀπολαμπομενάων.

Ver. 344. Ὃς — γηθήσειεν ———, οὐδ' ἀκάχοιτο.] Ἡ ἀπόφασις τῇ καταφάσει πολλὰ μὲν τὸ ἴσον δύναται, πολλὰ δὲ τὸ πλέον· —— "οὐδ' ἄρα τώγε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς." *Hermogenes* περὶ μεθόδου δεινότητος, c. 37. Similiter *Eustathius*, ad ά, 330, Μυριαχοῦ φίλον τοῖς ῥήτορσιν, ἀντὶ καταφάσεων, εὐηθεῖ χρᾶσθαι σχήματι τῷ κατ' ἀπόφασιν· ὡς καὶ ὅτε εἴπῃ τὸ, "οὐ γάρ μιν ἀμαυρώτατος βάλεν," ἀλλὰ δηλαδὴ ὁ ἰσχυρότατος. Imitatus est hanc loquendi rationem *Virgilius*:

Nec verò Alciden me *sum lætatus* euntem
Accepisse. ——— *Æn.* VI, 392.

Quàm *ignaviter* igitur de hoc loco Scriptor Gallicus *Terrasson!* "*Quelque licence*" (inquit) "*qu' Homére se soit donné dans sa Poësie, la necessité ou du moins la commodité de son Vers l' a jetté dans des confusions bien plus grandes,* —— γηθήσειεν, οὐδ' ἀκάχοιτο. *Qui est ce qui pense à* se rejoüir *en voyant un combat? Et est-ce d'un autre côté un objet de* Tristesse *proprement dite?*" Dissert. sur l'Iliade, Part IV. chap. 6.

Ver. 346. — τετεύχατον ἄλγεα λυγρά.] Quâ analogiâ vocabulum hoc ἅπαξ λεγόμενον ita deductum sit ex τεύχω, ut vim habeat vel *Imperfecti*, vel *Aoristi*, vel ejus *Temporis* quod Grammatici *plusquam perfectum* appellant, equidem non video. Certè *Perfectum* τέτευχα locum hîc habere non potest. Nec enim usquam in totâ, quàm longa est, Iliade, ullius Verbi *Tempus perfectum* διωρισμένον, constructum hoc modo reperias vel ἀορίστως, vel παρατατικῶς· Vide suprà ad ά, 37. Vim autem hoc in loco necesse esse ut habeat vel *Aoristi*, vel *Imperfecti*, vel ejus denique *Temporis* quod *plusquam perfectum* appellari solet, indicat tum orationis ordo atque ratio; tum in eâdem quæ sequuntur sententiâ, βούλετο, ἤθελε, κύδαινε, ὀρέθυνε, ἤχθετο, ἐνεμέσσα· tum & *Scholiastæ* & *Eustathii* interpretatio: Quorum alter istud τετεύχατον exponit, ἔτευχον, κατεσκεύαζον, (non τετεύχασι, κατεσκευάκασι·) Alter dictum ait πρὸς ὁμοιότητα τοῦ, —— αὐτοὺς δ' ἑλώρια "τεύχε" κύνεσσιν. Cod. *Italic.* à *Tho. Bentleio* collatus, habet τετεύχετον,

Ver. 348.

Κυδαίνων Ἀχιλῆα πόδας ταχὺν, οὐδ' ὅγε πάμπαν
Ἤθελε λαὸν ὀλέσσαι Ἀχαιϊκὸν Ἰλιόθι πρὸ,
Ἀλλὰ Θέτιν κύδαινε καὶ υἱέα καρτερόθυμον·
Ἀργείους δὲ Ποσειδάων ὀρόθυνε μετελθὼν,
Λάθρη ὑπεξαναδὺς πολιῆς ἁλός· ἤχθετο γάρ ῥα
Τρωσὶν δαμναμένους, Διῒ δὲ κρατερῶς ἐνεμέσσα.
Ἦ μὰν ἀμφοτέροισιν ὁμὸν γένος, ἠδ' ἴα πάτρη,
Ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει καὶ πλείονα ᾔδη.
Τῶ ῥα καὶ ἀμφαδίην μὲν ἀλεξέμεναι ἀλέεινε,
Λάθρη δ' αἰὲν ἔγειρε κατὰ στρατὸν, ἀνδρὶ ἐοικώς.
Τὼ δ' ἔριδος κρατερῆς καὶ ὁμοιΐου πολέμοιο
Πεῖραρ ἐπαλλάξαντες, ἐπ' ἀμφοτέροισι τάνυσσαν,
Ἄρρηκτόν τ' ἄλυτόν τε, τὸ πολλῶν γούνατ' ἔλυσεν.
Ἔνθα, μεσαιπόλιός περ ἐὼν, Δαναοῖσι κελεύσας
Ἰδομενεὺς, Τρώεσσιν ἐπάλμενος ἐν φόβον ὦρσε·
Πέφνε γὰρ Ὀθρυονῆα, Καβησόθεν ἔνδον ἐόντα·
Ὅς ῥα νέον πολέμοιο μετὰ κλέος εἰληλούθει·

Gloriosum-reddens Achillem pedibus velocem; neque *tamen* ille penitùs
Volebat populum perdere Achivum, ad Ilium;
Sed Thetin honorabat, & filium *ejus* magnanimum:
Argivorum verò Neptunus animos-excitabat interventu *suo*,
Clam emersus è cano mari; dolebat enim
A Trojanis *illos* domari, Jovique vehementer iratus erat.
Sanè quidem utriusque unum *erat* genus, atque unus ortus;
Sed Jupiter prior natus-fuerat, & plura noverat.
Quocirca etiam *Neptunus* palàm quidem auxiliari cavebat,
Clàm verò semper concitabat *eos* per exercitum, homini assimilatus.
Hi itaque certaminis vehementis & omnibus-æquè-gravis pugnæ
Funem hinc-inde-nexum super utrosque extenderunt,
Infrangibilémque, insolubilémque, qui multorum genua solvit,
Tum, semicanus licet existens, Danaos cohortans
Idomeneus, Trojanis insiliens fugam incussit:
Interfecit enim Othryoneum, è Cabeso qui aderat:
Qui nuper belli ad famam venerat:

Ver. 348. Κυδαίνων Ἀχιλῆα.] Vide suprà ad *ver.* 324.

Ver. 349. — ὀλέσσαι.] ὀλέσθαι, *perire*; Cod. *Harleian.* à *Th. Bentleio* collatus.

Ver. 352. — ἤχθετο γάρ ῥα.] *Dolebat enim, ut dixi,* ——. Connectitur nimirum cum eo quod suprà dictum est, *ver.* 206.

Ver. 355. — Ζεὺς πρότερος γεγόνει, καὶ πλείονα ᾔδη.] Οὐ γὰρ ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ μακάριον τὸ θεῖον, οὐδὲ βρονταῖς καὶ κεραυνοῖς ἰσχυρὸν, ἀλλὰ ἐπιστήμῃ καὶ φρονήσει. Καὶ τοῦτο κάλλιστα πάντων Ὅμηρος ὧν εἴρηκε περὶ θεῶν ἀναφθεγξάμενος, —— "Ζεὺς πρότερος γεγόνει, καὶ "πλείονα ᾔδει." *Plutarch. de Iside & Osiride; sub initio.* Repperit & *Barnesius*, in duobus MSS, ᾔδει.

Ver. 357. — ἀνδρὶ ἐοικώς.]
Omnia Mercurio similis, vocemque coloremque. *Æn.* IV, 558.

Ver. 358. Τώ.] *Al.* Τοί.

Ver. 359. Πεῖραρ ἐπαλλάξαντες —— τάνυσσαν.] *Utrumque exercitum, tanquam circumjecto fune, in arctum constringebant.* Ut rectè *Popius.*

Ver. 362. — Τρώεσσιν ἐπάλμενος.] MS. *Barnesii* unus, *Th. Bentleii* tres; Τρώεσσι μεσάλμενος.

Ver. 364. Ὅς ῥα νέον —— Κασσάνδρης.]
—— illis ad Trojam fortè diebus
Venerat insano Cassandræ incensus amore,
Et gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat. *Æn.* II, 342.

Ἤτεε δὲ Πριάμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην,
Κασσάνδρην, ἀνάεδνον· ὑπέσχετο δὲ μέγα ἔργον,
Ἐκ Τροίης ἀέκοντας ἀπωσέμεν υἷας Ἀχαιῶν.
Τῷ δ' ὁ γέρων Πρίαμος ὑπό τ' ἔσχετο, καὶ κατένευσε
Δωσέμεναι· ὁ δὲ μάρναθ', ὑποσχεσίῃσι πιθήσας.
Ἰδομενεὺς δ' αὐτοῖο τιτύσκετο δουρὶ φαεινῷ,
Καὶ βάλεν ὕψι βιβάντα τυχών· οὐδ' ἤρκεσε θώρηξ
Χάλκεος, ὃν φορέεσκε, μέσῃ δ' ἐν γαστέρι πῆξε·
Δούπησεν δὲ πεσών· ὁ δ' ἐπεύξατο, φώνησέν τε·
Ὀθρυονεῦ, περὶ δή σε βροτῶν αἰνίζομ' ἁπάντων,
Εἰ ἐτεὸν δὴ πάντα τελευτήσεις, ὅσ' ὑπέστης
Δαρδανίδῃ Πριάμῳ· ὁ δ' ὑπέσχετο θυγατέρα ἥν.
Καί κέ τοι ἡμεῖς ταῦτά γ' ὑποσχόμενοι τελέσαιμεν·
Δοῖμεν δ' Ἀτρεΐδαο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην,
Ἄργεος ἐξαγαγόντες, ὀπυιέμεν· εἴ κε σὺν ἄμμιν
Ἰλίου ἐκπέρσῃς εὖ ναιόμενον πτολίεθρον.
Ἀλλ' ἕπεο, ὄφρ' ἐπὶ νηυσὶ συνώμεθα ποντοπόροισιν
Ἀμφὶ γάμῳ· ἐπεὶ οὔ τοι ἐεδνωταὶ κακοὶ εἰμέν.
Ὣς εἰπὼν, ποδὸς εἷλκε κατὰ κρατερὴν ὑσμίνην

Petebat autem Priami filiarum formâ præstantissimam,
Cassandram, indotatam: pollicitus nempè fuerat magnum opus,
A Trojâ *quantumvis* invitos depulsurum *se* filios Achivorum.
Illi autem senex Priamus *eam* promiserat, & annuerat
Daturum esse: ille itaque pugnabat, promissis fretus.
Idomeneus autem in illum collimabat hastâ fulgenti,
Et percussit sublimi-gradu incedentem assecutus; nec arcuit thorax
Æreus, quem gestabat; medio autem *is* in ventre fixit:
Fragorem verò edidit cadens: *Is* autem super *eum* gloriatus est, dixitque;
“ Othryoneu, te ferè supra mortales laudo omnes,
“ Si utique verè omnia perficies, quæ pollicitus es
“ Dardanidæ Priamo: is autem promisit filiam suam.
“ Quin & tibi nos hæc polliciti præstiterimus;
“ Dederimúsque Atridæ filiarum formâ præstantissimam,
“ Ex Argis arcessitam, quam ducas; siquidem nobiscum
“ Ilii expugnaveris bene-habitatam urbem.
“ Sed sequere, ut ad naves in-colloquium-veniamus pontum-transeuntes
“ De nuptiis: quippe nequaquam soceri illiberales sumus.
Sic fatus, pede traxit per acre prælium

Ver. 366. — ἀνάεδνον] Cassandram nimirum, non muneribus, sed operâ & rebus gestis, promereri studebat. Ut notavit *Dna Dacier.*

Ibid. — ὑπέσχετο δὲ.] Quâ ratione, δὲ, hîc producatur; item Πρίαμος, *ver.* 368; & θυγατέρα, *ver.* 376; vide suprà ad ά, 51. *Barnesius*, δὴ, hoc in loco scribendum voluit: Sed nihil opus.

Ver. 368. — Πρίαμος ὑπό τ' ἔσχετο.] Edidit *Barnesius* ex conjecturâ, Πρίαμος μὲν ὑπέσχετο· vel, Πρίαμός μιν ὑπέσχετο. At idem uno in MS repperit, & *Th. Bentleius* in pluribus, Πρίαμος ὑπό τ' ἴσχετο. *Vulg.* Πρίαμος ὑπέσχετο. Quod manifestò corruptum est.

Ver. 373. δούπησεν.] Vide suprà ad *ver.* 181.

Ver. 376. — θυγατέρα.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 382. — ἐεδνωταί.] Ità *Barnesius* & *Veteres*. Nempe ut ex ἕλκω, ἑλκωτὴς, ita ex ἕδνον,

Ἥρως Ἰδομενεύς· τῷ δ' Ἄσιος ἦλθεν ἀμύντωρ,
Πεζὸς πρόσθ' ἵππων· τὼ δὲ πνείοντε κατ' ὤμων
Αἰὲν ἔχ' ἡνίοχος θεράπων· ὁ δὲ ἵετο θυμῷ
Ἰδομενῆα βαλεῖν, ὁ δέ μιν φθάμενος βάλε δουρὶ
Λαιμὸν ὑπ' ἀνθερεῶνα, διὰ πρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσεν·
Ἤριπε δ', ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν, ἢ ἀχερωῒς,
Ἠὲ πίτυς βλωθρὴ, τήν τ' οὔρεσι τέκτονες ἄνδρες
Ἐξέταμον πελέκεσσι νεήκεσι, νήϊον εἶναι·
Ὣς ὁ πρόσθ' ἵππων καὶ δίφρου κεῖτο τανυσθεὶς,
Βεβρυχὼς, κόνιος δεδραγμένος αἱματοέσσης.
Ἐκ δέ οἱ ἡνίοχος πλήγη φρένας, ἃς πάρος εἶχεν,
Οὐδ' ὅγε τόλμησεν, δηΐων ὑπὸ χεῖρας ἀλύξας,
Ἂψ ἵππους στρέψαι· τὸν δ' Ἀντίλοχος μενεχάρμης
Δουρὶ μέσον περόνησε τυχών· οὐδ' ἤρκεσε θώρηξ

Heros Idomeneus. Huic autem Asius venit vindex,
Pedes, ante equos; hos autem anhelantes in humeros *ejus*
Assiduè tenebat auriga famulus: ille verò cupiebat animo
Idomeneum percutere; is autem illum prior percussit hastâ
Ad jugulum sub mento, penitusque hastam adegit:
Cecidit igitur, sicut quando aliqua quercus cecidit, vel populus-alba,
Vel pinus alta, quam scilicet in montibus fabri
Exciderunt securibus recens-exacutis, navale-lignum ut-sit:
Sic ille ante equos & currum jacebat porrectus,
Dentibus frendens, pulvere manibus-prehenso sanguinolento.
Defectus verò est ejus auriga mente, quam ante habebat;
Neque is ausus est, hostium manus *ut*-effugeret,
Retrò equos vertere: Eum itaque Antilochus bellicosus
Hastâ medium transfodit assecutus: neque arcuit thorax

θίων, ἰείων. *Vulgg.* ἰδνωθεὶς. Sed leviculum hoc.

Ibid. — εἰμένῳ.] *Al.* εἰσιδών.

Ver. 384. — ἦλθεν ἀμύντωρ.] *Al.* ἦλθ' ἐπαμύντωρ.

Ver. 388. Λαιμὸν ὑπ' ἀνθερεῶνα.]

Sternitur; hæsit enim sub gutture vulnus, & udæ
Vocis iter tenuemque inclusit sanguine vitam. *Æn.* VII, 533.

Ver. 389. — ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν.]

Ac veluti summis antiquam in montibus ornum
Cùm ferro accisam crebrisque bipennibus instant
Eruere agricolæ certatim; illa usque minatur,
Et tremefacta comam concusso vertice nutat:
Vulneribus donec paullatim evicta, supremùm
Congemuit, traxitque jugis avulsa ruinam. *Æn.* II, 626.

Pulcherrimus sanè hic locus *Virgilianus*, eorumque ex numero est, quos (*Macrobio* judice, *lib.* 5. *c.* 11.) ita transtulit *Virgilius*, ut *Homero* superior videatur: Quippe "*magno cultu* Virgilius *difficultatem abscidendæ arboreæ molis expressit; verùm nullo negotio Homerica arbor absciditur.*" At reverà (ut ex *Hobbesio* notavit *Popius*) ineptè est omnis horum duorum locorum inter se instituta comparatio. Quippe *Homerus* & *Virgilius*, cùm res longè inter se diversas describerent; hic Urbem ingentem in ignes paullatim considentem, ille hominem uno ictu occisum atque humi stratum; suam uterque materiam suo colore ac specie ornavit, suam uterque pulcherrimâ aptissimâque similitudine explicavit.

Ibid. — ἀχερωῒς.] *Al.* ἀχερωΐς.

Ver. 392. Ὣς ὁ —— αἱματοέσσης.] Citato hoc loco, indicat *Dionysius Halicarnassensis*, quomodo συνθέσεως λύσις λύει καὶ τὸ κάλλος αὐτῆς καὶ τὸ κράτος, quanvis quis οὔτε προσθεὶς οὐδὲν, οὔτε ἀφελὼν, τὴν σύνθεσιν ἀλλάξαι μόνον. Περὶ Συνθέσεως, § 4.

Ver. 394. — πλήγη.] Vide suprà ad γ', 31.

Χάλκεος, ὃν φορέεσκε, μέσῃ δ' ἐν γαστέρι πῆξεν.
Αὐτὰρ ὅγ' ἀσθμαίνων εὐεργέος ἔκπεσε δίφρου.
Ἵππους δ' Ἀντίλοχος, μεγαθύμου Νέστορος υἱὸς,
Ἐξέλασε Τρώων μετ' ἐϋκνήμιδας Ἀχαιούς.
Δηΐφοβος δὲ μάλα σχεδὸν ἤλυθεν Ἰδομενῆος,
Ἀσίου ἀχνύμενος, καὶ ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ·
Ἀλλ' ὁ μὲν ἄντα ἰδὼν ἠλεύατο χάλκεον ἔγχος
Ἰδομενεύς· κρύφθη γὰρ ὑπ' ἀσπίδι πάντοσ' ἴσῃ,
Τὴν ἄρ' ὅγ' ἐν ῥινοῖσι βοῶν καὶ νώροπι χαλκῷ
Δινωτὴν φορέεσκε, δύω κανόνεσσ' ἀραρυῖαν·
Τῇ ὕπο πᾶς ἐάλη, τὸ δ' ὑπέρπτατο χάλκεον ἔγχος·
Καρφαλέον δέ οἱ ἀσπὶς ἐπιθρέξαντος ἄϋσεν
Ἔγχεος· οὐδ' ἅλιόν ῥα βαρείης χειρὸς ἀφῆκεν,
Ἀλλ' ἔβαλ' Ἱππασίδην Ὑψήνορα, ποιμένα λαῶν,
Ἧπαρ ὑπὸ πραπίδων, εἶθαρ δ' ὑπὸ γούνατ' ἔλυσε.
Δηΐφοβος δ' ἔκπαγλον ἐπεύξατο, μακρὸν ἀΰσας·
Οὐ μὰν αὖτ' ἄτιτος κεῖτ' Ἄσιος· ἀλλά ἑ φημὶ,
Εἰς Ἄϊδός περ ἰόντα πυλάρταο κρατεροῖο,
Γηθήσειν κατὰ θυμόν· ἐπεί ῥά οἱ ὤπασα πομπόν.

Æreus, quem gerebat; medio autem in ventre fixit.
Atque hic quidem anhelans affabrè-factâ excidit sellâ:
Equos autem Antilochus, magnanimi Nestoris filius,
Abegit à Trojanis ad benè-ocreatos Achivos.
Deïphobus verò admodùm propè venit Idomeneum,
Propter-Asium dolens, & jaculatus est hastâ fulgenti:
At quidem ex-adverso conspicatus evitavit æream hastam
Idomeneus; occultatus est enim sub clypeo undique æquali,
Quem ipse coriis boum & corusco ære
Tornatum gerebat, duobus manubriis aptatum:
Sub hoc se totum collegit, supervolavitque ærea hasta:
Aridùm verò ei clypeus in-transcursu-stringente resonuit
Hastâ: neque irritam sanè robustâ manu emisit *Deïphobus*,
Sed percussit Hippasidem Hypsenorem, pastorem populorum,
Ad hepar sub præcordiis, confestimque genua solvit.
Deiphobus igitur valdè super eum gloriatus est, altè clamans;
" Non utique inultus jacet Asius: sed ipsum puto,
" Ad Orcum licèt euntem validas-portas habentem, durum,
" Gavisurum esse animo; quoniam ei dedi comitem, *qui-deducat*.

Ver. 402. —— ἤλυθεν.] Postulat Temporum ratio, ut sit ἤλυθεν ex Aoristo ἤλυθον, non ex Perfecto ἤλυθα. Vide suprà ad ά, 37.

Ver. 403. —— ἀχνύμενος. Vide suprà ad γ', 260.

Ibid.——ἀκόντισε.] Vide suprà ad ά, 140.

Ver. 404. —— ἄντα ἰδὼν ἠλεύατο.]

—— ille ictum venientem a vertice velox
Prævidit, celerique elapsus corpore cessit.
Æn. V, 444.

Ver. 406. —— νώροπι χαλκῷ.] Vide suprà ad β', 578.

Ver. 408. —— ἐάλη.] *Al.* ἕαλη. Quod est parvi momenti.

Ibid. — τὸ δ' ὑπέρπτατο χάλκεον ἔγχος.]

—— tremebunda supervolat hasta.
Æn. X, 522.

Ver. 414. — ἄτιτος.] Ex τίω, ἄτῐτος· eâdem analogiâ, atque ex λύω, ἄλῠτος· ex κρίνω, ἄκρῐτος· ex φθίνω, ἄφθῐτος· ex κλίνω, ἄκλῐτος· ex μαρτύρομαι, ἀμάρτῠρος· aliaque innumera. Vide suprà ad ά, 309, 314, 338; & ad β', 43; & ad δ', 257.

Ver. 424.

Ὣς ἔφατ'· Ἀργείοισι δ' ἄχος γένετ' εὐξαμένοιο,
Ἀντιλόχῳ δὲ μάλιστα δαΐφρονι θυμὸν ὄρινεν·
Ἀλλ' οὐδ', ἀχνύμενός περ, ἑοῦ ἀμέλησεν ἑταίρου,
Ἀλλὰ θέων περίβη, καί οἱ σάκος ἀμφεκάλυψε.
Τὸν μὲν ἔπειθ' ὑποδύντε δύω ἐρίηρες ἑταῖροι,
Μηκιστεὺς, Ἐχίοιο πάϊς, καὶ δῖος Ἀλάστωρ,
Νῆας ἔπι γλαφυρὰς φερέτην, βαρέα στενάχοντε.
Ἰδομενεὺς δ' οὐ λῆγε μένος μέγα· ἵετο δ' αἰεὶ
Ἠέ τινα Τρώων ἐρεβεννῇ νυκτὶ καλύψαι,
Ἢ αὐτὸς δουπῆσαι, ἀμύνων λοιγὸν Ἀχαιοῖς.
Ἔνθ' Αἰσυήταο διοτρεφέος φίλον υἱὸν
Ἥρω' Ἀλκάθοον· γαμβρὸς δ' ἦν Ἀγχίσαο·
Πρεσβυτάτην δ' ὤπυιε θυγατρῶν Ἱπποδάμειαν,
Τὴν περὶ κῆρι φίλησε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
Ἐν μεγάρῳ· πᾶσαν γὰρ ὁμηλικίην ἐκέκαστο
Κάλλεϊ, καὶ ἔργοισιν, ἰδὲ φρεσί· τοὔνεκα καί μιν
Γῆμεν ἀνὴρ ὤριστος ἐνὶ Τροίῃ εὐρείῃ·
Τὸν τόθ' ὑπ' Ἰδομενῆϊ Ποσειδάων ἐδάμασσε,

Sic dixit; Argivis autem dolor datus est, eo gloriante;
Antilocho autem maximè, bellicoso animum commovit;
Non tamen, dolens licèt, suum neglexit socium,
Sed accurrens protexit, & ei scutum prætendit.
Hunc quidem deinde subeuntes duo chari socii,
Mecisteus, Echii filius, & nobilis Alastor,
Naves ad cavas portabant, graviter gementes.
Idomeneus autem non remittebat de animo magno; sed cupiebat assidue
Vel aliquem Trojanorum tenebrosâ nocte tegere,
Vel ipse fragorem-edere-cadens, dum-depelleret exitium Achivis.
Tunc Æsyetæ Jovis-alumni charum filium
Heroëm Alcathoum; (gener autem erat Anchisæ;
Maximámque-natu duxerat filiarum Hippodamiam,
Quam ex corde dilexit pater & veneranda mater
In domo; supra totum enim æqualium-cœtum eminebat
Pulchritudine, & operum peritiâ, atque prudentiâ; quare & ipsam
Duxerat vir nobilissimus in Trojâ amplâ:)
Hunc tunc sub Idomeneo Neptunus domuit,

Ver. 424. — οὐ λῆγε μένος.] *Eustath.* Τὸ δὲ, "ἔληγε μένος," οἱ μεθ' Ὅμηρον, "ἔληξε μένους," ἐροῦσιν ἄν· —— Ἔστι δὲ τὸ μὲν, "ἔληξε μένος," ἀντὶ τοῦ "ἐπαύσε·" τὸ δὲ, "ἔληγε μένους," ἀντὶ τοῦ "ἐπαύσατο." Rectissimè. Nempe λήγει μένος, is qui ipse se cohibet; λήγει μένους, is qui occisus aut vulneratus aut defatigatus deficit. Vide suprà ad γ', 141.

Ver. 426. Ἢ αὐτὸς δουπῆσαι.]

—— seu certæ occumbere morti.
Æn. II, 62.

Ver. 430. — περὶ κῆρι φίλησε.] *Eustath.* διαφερόντως ἐφίλησε. Unde Vir doctissimus *H. Stephanus* scribit, πέρι κῆρι φίλησε.

Ver. 432. Κάλλεϊ καὶ ἔργοισιν.] *Al.* Κάλλεϊ ἠδ' ἔργοισιν.

Ver. 433. Γῆμεν ἀνὴρ ὤριστος ἐνὶ Τροίῃ εὐρείῃ.] Post hunc versum nonnulli Antiquorum, teste *Eustathio*, tres sequentes inseruerunt;

Πρὶν Ἀντηνορίδας τραφέμεν καὶ Πανθόου υἷας,
Πριαμίδας θ', οἳ Τρωσὶ μετέπρεπον ἱπποδάμοισιν·
Ἕως ἔθ' ἥβην εἶχεν, ὄφελλε δὲ κύδιον ἄνθος·

Homero non indignos, judice D^{na} *Dacier*: Mihi videntur commentitii, & recentiorem ætatem sapere,

Θέλξας ὄσσε φαεινὰ, πέδησε δὲ φαίδιμα γυῖα.
Οὔτε γὰρ ἐξοπίσω φυγέειν δύνατ', οὔτ' ἀλέασθαι·
Ἀλλ', ὥστε στήλην, ἢ δένδρεον ὑψιπέτηλον,
Ἀτρέμας ἑσταότα, στῆθος μέσον οὔτασε δουρὶ
Ἥρως Ἰδομενεὺς, ῥῆξεν δέ οἱ ἀμφὶ χιτῶνα
Χάλκεον, ὅς οἱ πρόσθεν ἀπὸ χροὸς ἤρκει ὄλεθρον.
Δὴ τότε γ' αὖον ἄϋσεν, ἐρεικόμενος περὶ δουρί·
Δούπησεν δὲ πεσὼν, δόρυ δ' ἐν κραδίῃ ἐπεπήγει,
Ἥ ῥά οἱ ἀσπαίρουσα, καὶ οὐρίαχον πελέμιζεν
Ἔγχεος· ἔνθα δ' ἔπειτ' ἀφίει μένος ὄβριμος Ἄρης.
Ἰδομενεὺς δ' ἔκπαγλον ἐπεύξατο, μακρὸν ἀΰσας·
Δηΐφοβ', ἦ ἄρα δή τι ἐΐσκομεν ἄξιον εἶναι

Caligine-offusâ oculis lucidis, præpedivit autem *quasi vinculo* pulchra membra.
Neque enim retrò fugere poterat, neque declinare:
Sed tanquam columnam, vel arborem alto-vertice-comantem,
Sine-motu stantem, pectus medium vulneravit hastâ
Heros Idomeneus, discidítque ei circùm loricam
Æream, quæ ei antè à corpore arcebat perniciem;
Ac tunc quidèm aridùm-quid resonuit, fissa ab hastâ:
Fragorémque-ille-edidit cadens, hasta verò in corde fixa erat,
Quod quidem ipsi palpitans, etiam extremum-ferrum quassabat
Hastæ: tum verò deinde remisit impetum *suum* valida hasta.
Idomeneus ergò valdè super *eum* gloriatus est, altè clamans;
" Deïphobe, numquid jam *tibi* videmur-rectè-judicare, æquum esse,

Ver. 435. — ὄσσε φαεινὰ.] Ita *Barnesius*, & Veterum nonnulli. Rectè, ut mihi quidem videtur. Nam *Eustathius*, locis à *Barnesio* citatis, agnoscit ὄσσε tam esse *Neutrum* posse, quàm *Masculinum*. Vir doctissimus *H. Stephanus* scribendum omninò contendit, ὄσσε φαεινώ. Quod tamen versum planè perimit, ita ut *nullâ licentiâ* sanari queat; nisi quis ex merâ conjecturâ, pro πέδησε, scribere velit ἔδησε. At, inquit vir doctissimus, " *quî* φαεινὰ *defendi possit, non video.*" Nec tamen causam subjicit, quare defendi non posse existimet. Certè, si ὄσσε *generis neutrius* esse potest, quod agnoscit *Eustathius*; nihil impedit quominùs cum *Substantivo Duali* conjungatur *Plurale Adjectivum*. Non quòd ἀδιαφόρως (ut ex *Eustathio Barnesius*) τὰ Δυϊκά τε πληθυντικῶς ἐκφωνεῖται, καὶ τὰ Πληθυντικὰ δυϊκῶς· quod est *perabsurdum*: Sed quòd *certâ quâdam ac constanti ratione*, (quam suprà exposuimus, ad α', 566; ad β', 288; & ad ι', 487;) fieri id queat.

Ver. 438. — οὔτασε.] Vide suprà ad δ', 525; & ad α', 140.

Ver. 440. — ὅς οἱ.] Quâ ratione, ὅς, hîc producatur; item ἑταρίσσαιτο, *ver.* 456; vide suprà ad α, 51. Cæterùm sunt qui hîc legant, ὅς ῥ' οἱ.

Ver. 442. Δούπησεν δὲ πεσών.] Vide suprà ad *ver.* 181.

Ver. 444. — ἀφίει μένος.] Ἤγουν ἔστησε τὴν προσωτέρω ὁρμὴν ὁ σίδηρος· ἢ —— ἐποίησε τὸν τελευτῶντα ἀφεῖναι τὸ ψυχικὸν μένος. *Eustath.* Priorem veram esse explicandi rationem, liquet ex π', 613: Ubi eadem iterum occurrunt verba, ita disposita, ut nullus sit intellectui ambiguo locus.

Ver. 446. — ἦ ἄρα δή τι ἐΐσκομεν ἄξιον εἶναι
Τρεῖς ἑνὸς ἀντὶ πεφάσθαι, ἐπεὶ σύ περ εὔχεαι οὕτως;
Δαιμόνι', ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ——.]

Al. δή τοι ἐΐσκομεν. *Al.* δή τι σ' ἐΐσκομεν. Vir doctissimus *Henr. Stephanus* sine interrogatione scribendum, & hoc modo distinguendum contendit;

—— ἦ ἄρα δή τοι ἐΐσκομεν ἄξιον εἶναι
Τρεῖς ἑνὸς ἀντιπεφάσθαι· ἐπεὶ σύ περ εὔχεαι οὕτως,
Δαιμόνι', ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ——.

" *Ut hic Sensus sit: Equidem, Deïphobe, nos abundè vicem retulisse (vel injuriam ultos esse) putamus in eo quòd tres pro uno à nobis occisi sint: Quia tamen te ita jactas, vir præclare, tu quoque mecum congredere; ut si non satis est tres occidisse pro uno, tu* " *quartus*

Τρεῖς ἑνὸς ἀντιπεφάσθαι, ἐπεὶ σύ περ εὔχεαι αὔτως;
Δαιμόνι', ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐναντίος ἵστασ' ἐμεῖο,
Ὄφρα ἴδῃς, οἷος Ζηνὸς γόνος ἐνθάδ' ἱκάνω,
Ὃς πρῶτος Μίνωα τέκε Κρήτῃ ἐπίουρον.
Μίνως δ' αὖ τέκεθ' υἱὸν ἀμύμονα Δευκαλίωνα.
Δευκαλίων δ' ἐμὲ τίκτε, πολέεσσ' ἄνδρεσσιν ἄνακτα,
Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ· νῦν δ' ἐνθάδε νῆες ἔνεικαν;
Σοί τε κακὸν, καὶ πατρὶ, καὶ ἄλλοισι Τρώεσσιν.
Ὣς φάτο· Δηΐφοβος δὲ διάνδιχα μερμήριξεν,
Ἤ τινά που Τρώων ἑταρίσσαιτο μεγαθύμων,
Ἂψ ἀναχωρήσας· ἢ πειρήσαιτο καὶ οἶος.
Ὧδε δέ οἱ φρονέοντι, δοάσσατο κέρδιον εἶναι,
Βῆναι ἐπ' Αἰνείαν· τὸν δ' ὕστατον εὗρεν ὁμίλου
Ἑσταότ'· αἰεὶ γὰρ Πριάμῳ ἐπεμήνιε δίῳ,
Οὕνεκ' ἄρ', ἐσθλὸν ἐόντα μετ' ἀνδράσιν, οὔτι τίεσκεν·
Ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·

" Tres pro uno occisi ut sint, quando tu gloriaris inanitér?
" O bone, quin & ipse adversus stato mihi,
" Ut videas, qualis Jovis Soboles huc venerim;
" Qui primus Minoa genuit, Cretæ custodem:
" Minos verò genuit filium eximium Deucalionem:
" Deucalion autem me genuit, multis viris regem,
" Cretâ in latâ: nunc verò huc *me* naves advexerunt,
" Tibique perniciem, & patri, & cæteris Trojanis.
Sic dixit; Deïphobus autem bifariàm deliberavit,
Utrúmne aliquem alicubi Trojanorum *sibi* adjutorem assumeret magnanimorum,
Regressus; an experiretur etiam solus.
Sic autem ei cogitanti, visum est utilius esse,
Ire ad Æneam: eum verò postremum invenit agminis
Stantem: Jugiter enim is Priamo succensebat nobili,
Quòd se, strenuum *licèt* existentem inter viros, nequaquam honorabat:
Propè itaque stans *Deïphobus*, verbis alatis allocutus est;

" *quartus numerum expleas.*" Sententia elegans sanè & commoda. Veruntamen, præterquam quòd isto modo vox, ἀλλὰ, nimis duriter fit transposita (id quod ipsum virum doctum non fugit;) mihi porrò neque istud ἄρα, neque istud τὶ, satis rectè videntur constare, nisi ἐίσκομεν intelligatur interrogativé. Cæterùm, ἐίσκομεν ἄξιον εἶναι, reddi potest, vel, " *num tibi videmur rectè judicare, æ-" quum esse,*"——? vel, " *num tibi videmur " judicare, satis esse,*"——?

Ver. 447. —ἀντιπεφάσθαι] Vide infrà ad ξ', 471.

Ibid. —αὔτως;] οὕτως; MSS duo a *Th. Bentleio* collati.

Ver. 450. —πρῶτος] *Al.* πρῶτον.

Ver. 452. —δ' ἐμὲ τίκτε.] *Barnesius* edidit, δ' ἐμ' ἔτικτε. Quod perinde est.

Ibid. —πολέας' ἄνδρεσσιν.] Ita edidit *Barnesius*: Quemadmodum, ε', 236, ——ἦτι πολέεσσιν. Et *ibid.* 308, ——πολεῦσ' ἀνδρεσσιν ἀνάσσων. Vulgg. hîc habent, πολέσιν' ἀνδρεσιν. Quod & ipsum ferri possit: Ut *pronuntietur* scilicet, πολεῖσιν.

Ver. 458. Ὧδε δέ οἱ φρονέοντι]

Hæc alternanti potior sententia visa est.
Æn. IV, 287.
—————— Omnia secum
Versanti, subitò vix hæc sententia sedit.
Æn. XI. 551.

Ver. 462. —ἱστάμενος, ἔπεα.] Quâ ratione, ἱστάμενος, hîc ultimam producat; item, τηλύγετον, *ver.* 470; & ἐπιστάμενον, *ver.* 495; & ὀπωπὴν, *ver.* 511; & γὰρ, *ver.* 517; & αἰζηοὺς, *ver.* 531; Vide suprà ad α', 51.

Αἰνεία, Τρώων βουληφόρε, νῦν σε μάλα χρὴ
Γαμβρῷ ἀμυνέμεναι, εἴπερ τί σε κῆδος ἱκάνει·
Ἀλλ' ἕπευ, Ἀλκαθόῳ ἐπαμύνομεν, ὅς σε πάρος περ
Γαμβρὸς ἐὼν ἔθρεψε, δόμοις ἔνι, τυτθὸν ἐόντα·
Τὸν δέ τοι Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς ἐξενάριξεν.
Ὣς φάτο· τῷ δ' ἄρα θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ὄρινε·
Βῆ δὲ μετ' Ἰδομενῆα, μέγα πτολέμοιο μεμηλώς.
Ἀλλ' οὐκ Ἰδομενῆα φόβος λάβε, τηλύγετον ὥς,
Ἀλλ' ἔμεν', ὡς ὅτε τις σῦς οὔρεσιν ἀλκὶ πεποιθὼς,
Ὅστε μένει κολοσυρτὸν ἐπερχόμενον πολὺν ἀνδρῶν
Χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ, φρίσσει δέ τε νῶτον ὕπερθεν·
Ὀφθαλμὼ δ' ἄρα οἱ πυρὶ λάμπετον· αὐτὰρ ὀδόντας
Θήγει, ἀλέξασθαι μεμαὼς κύνας ἠδὲ καὶ ἄνδρας.
Ὣς μένεν Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς, (οὐδ' ὑπεχώρει,)
Αἰνείαν ἐπιόντα βοῇ θοόν· αὖε δ' ἑταίρους,
Ἀσκάλαφόν τ' ἐσορῶν, Ἀφαρῆά τε, Δηΐπυρόν τε,
Μηριόνην τε, καὶ Ἀντίλοχον, μήστωρας ἀϋτῆς·
Τοὺς ὅγ' ἐποτρύνων ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Δεῦτε, φίλοι, καί μ' οἴῳ ἀμύνατε· δείδια δ' αἰνῶς
Αἰνείαν ἐπιόντα πόδας ταχὺν, ὅς μοι ἔπεισιν·

" Ænea, Trojanorum princeps, nunc te omninò oportet
" Sororis-marito auxiliari, si quid te affinis-cura tangit.
" Quin sequere; Alcathoo auxilium feramus, qui te olim
" Sororis maritus existens nutrivit, in ædibus, parvulum existentem.
" Hunc verò Idomeneus hastâ-inclytus interfecit.
Sic dixit: *Æneæ* vero animum in pectoribus commovit:
Ivit autem adversùs Idomeneum, valdè pugnæ studiosus.
At non Idomeneum fuga cepit, puerulum veluti;
Sed mansit, ut quum quis aper in montibus robore fretus,
Qui expectat tumultum advenientem magnum virorum
Loco in deserto, horrétque dorso superné:
Oculi verò ei igne lucent: ac dentes
Acuit, repellere cupiens canes, atque etiam viros.
Sic manebat Idomeneus hastâ-inclytus, (neque retrocessit,)
Æneam invadentem pugnâ celerem: inclamabat autem socios,
Ascalaphúmque aspiciens, Aphareúmque, Deïpyrúmque,
Merionémque, & Antilochum, peritos pugnæ:
Hos hic adhortans verbis alatis allocutus est;
" Adeste, amici, & mihi *jam*-soli succurrite: timeo enim valdè
" Æneam incurrentem pedibus velocem, qui me aggreditur;

Ver. 464. Γαμβρῷ.] *Sororis marito:* Ver. 428, 429.
Ibid. —κῆδος.] *Al.* κῦδος. Minùs rectè.
Ver. 468. —ἄρα.] " *Ut par erat; ut* " *expectandum erat.*"
Ver. 469. —μέγα πτολέμοιο.] MSS a *Th. Bentleio* collati, μέγα πολέμοιο. Ut & alibi sæpè.
Ver. 472. Ὅς τε μένει] Qui *scilicet* expectat ———.
Ver. 474. —ἄρα] " *Deinceps;*" vel, " *ut fieri solet.*"
Ver. 477. —βοῇ θοόν.] *Al.* βοηθοόν. Nempe *Alcathoo* auxiliatorem, *ver.* 465.
Ver. 481. —δείδια] *Timeo;* non, *Timui.* Vide suprà ad ά, 37; & ad θ', 322.

Ver. 484.

Ὃς μάλα καρτερός ἐστι μάχῃ ἔνι φῶτας ἐναίρειν·
Καὶ δ' ἔχει ἥβης ἄνθος, ὅ, τε κράτος ἐστὶ μέγιστον.
Εἰ γὰρ ὁμηλικίη γενοίμεθα τῷδ' ἐνὶ θυμῷ,
Αἶψά κεν ἠὲ φέροιτο μέγα κράτος, ἠὲ φεροίμην.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα πάντες, ἕνα φρεσὶ θυμὸν ἔχοντες,
Πλησίοι ἔστησαν, σάκε' ὤμοισι κλίναντες.
Αἰνείας δ' ἑτέρωθεν ἐκέκλετο οἷς ἑτάροισι,
Δηΐφοβόν τε, Πάριν τ' ἐσορῶν, καὶ Ἀγήνορα δῖον,
Οἵ οἱ ἅμ' ἡγεμόνες Τρώων ἔσαν· αὐτὰρ ἔπειτα
Λαοὶ ἕπονθ', ὡσεί τε μετὰ κτίλον ἕσπετο μῆλα
Πιόμεν' ἐκ βοτάνης· γάνυται δ' ἄρα τε φρένα ποιμήν·
Ὣς Αἰνεία θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι γεγήθει,
Ὡς ἴδε λαῶν ἔθνος ἐπισπόμενον ἑοῖ αὐτῷ.
Οἱ δ' ἀμφ' Ἀλκαθόῳ αὐτοσχεδὸν ὡρμήθησαν
Μακροῖσι ξυστοῖσι· περὶ στήθεσσι δὲ χαλκὸς
Σμερδαλέον κονάβιζε, τιτυσκομένων καθ' ὅμιλον
Ἀλλήλων· δύο δ' ἄνδρες ἀρήϊοι, ἔξοχοι ἄλλων,

" Qui perquam validus eſt in pugnâ, ad viros interficiendos:
" Sed & obtinet juventæ florem, quod utique robur eſt maximum.
" Si enim eâdem-ætate eſſemus, hoc cum animo;
" Satim vel *is* referret magnam gloriam, vel *ego* referrem.
Sic dixit: hi autem omnes, unum mentibus animum habentes,
Propinqui conſtiterunt, ſcuta humeris acclinantes.
Æneas autem ex-alterâ-parte hortabatur ſuos ſocios,
Deïphobúmque, Parinque aſpiciens, & Agenorem nobilem,
Qui ſecum duces Trojanorum erant: ac deinde
Copiæ ſequebantur, ut poſt arietem ſequuntur pecudes
Potum-ductæ à paſtu; lætatur autem mente paſtor:
Sic Æneæ animus in pectoribus lætatus eſt,
Ut vidit copiarum agmen ſequens ſe-ipſum.
Hi itaque de Alcathoo cominùs in-pugnam-ruerunt
Longis haſtilibus: circa pectora verò æs
Horrendùm reſonabat, petentium per turbam
Se invicem: duo autem viri bellicoſi, egregii præ cæteris,

Ver. 484. —ὅ, τε.] Fuerunt viri docti, qui legerent, ὅτε, " *quando.*" Sed multò elegantius eſt, ὅ, τε, " *quod ſcilicet.*"

Ver. 485. Εἰ γὰρ.] Refertur iſtud γὰρ, non ad id quod proximè præceſſit, ſed ad id quod elegantiùs reticetur: " *Nè me igitur repre- " hendas, ignaviaéq; incuſes; Si ENIM--*".

Ibid.—γενοίμεθα.] *Al.* γε γενοίμεθα.

Ver. 486.—κράτος.] MS a *Th. Bentleio* collatus, κλέος.

Ver. 488. —κλίναντες.] Vide ſuprà ad ά, 309, 314.

Ver. 492. —ἕσπετο] *Sequi ſolent.* Vide ſupra ad ά, 37.

Ver. 493. —γάνυται δ' ἄρα τε —ποιμήν.] " *Lætatur autem inde & Paſtor.*" Vel; " *Lætatur autem, ut ſolet,* (vel, *ut æquum " eſt,*) *& Paſtor.*"

Ver. 494. —γεγήθει.] Si γέγηθε dixiſſet, jam non conſtitiſſet Temporum ratio. Simile enim fuiſſet, ac ſiquis Anglicè diceret; Is glad; pro eo quod eſt, Was glad. Vide ſuprà ad ά, 37; & ad δ, 492.

Ver. 495. —ἔθνος.] Cod. a *Th. Bentleio* collatus, πλῆθος.

Ibid. —ἐπισπόμενον] " Melius hic" (inquit *Barneſius*) " legi poteſt ἐπισπομένην: " quomodo, *ver.* 472, ——ἐπερχομένην." At ἐπισπομένην, *hoc* in loco, minùs erit elegans; ἐπερχομένην, *iſto* in loco, propter duriorem verborum tranſpoſitionem, prorſus infacetum.

Ver. 499. —ἔξοχοι.] MSS *Harleian. Vatican.* & *Florentin.* a *Tho. Bentleio* collati, ἔξοχον.

Αἰνείας τε, καὶ Ἰδομενεύς, ἀτάλαντοι Ἄρηϊ,
Ἵεντ' ἀλλήλων ταμέειν χρόα νηλέϊ χαλκῷ.
Αἰνείας δὲ πρῶτος ἀκόντισεν Ἰδομενῆος·
Ἀλλ' ὁ μὲν ἄντα ἰδὼν ἠλεύατο χάλκεον ἔγχος·
Αἰχμὴ δ' Αἰνείαο κραδαινομένη κατὰ γαίης
Ὤιχετ', ἐπεί ῥ' ἅλιον στιβαρῆς ἀπὸ χειρὸς ὄρουσεν.
Ἰδομενεὺς δ' ἄρα Οἰνόμαον βάλε γαστέρα μέσσην·
Ῥῆξε δὲ θώρηκος γύαλον, διὰ δ' ἔντερα χαλκὸς
Ἤφυσ'· ὁ δ' ἐν κονίῃσι πεσὼν ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ.
Ἰδομενεὺς δ' ἐκ μὲν νέκυος δολιχόσκιον ἔγχος
Ἐσπάσατ', οὐδ' ἄρ' ἔτ' ἄλλα δυνήσατο τεύχεα καλὰ
Ὤμοιιν ἀφελέσθαι· ἐπείγετο γὰρ βελέεσσιν.
Οὐ γὰρ ἔτ' ἔμπεδα γυῖα ποδῶν ἦν ὁρμηθέντι,
Οὔτ' ἄρ' ἐπαΐξαι μεθ' ἑὸν βέλος, οὔτ' ἀλέασθαι·
Τῷ ῥα καὶ ἐν σταδίῃ μὲν ἀμύνετο νηλεὲς ἦμαρ,
Τρέσσαι δ' οὐκέτι ῥίμφα πόδες φέρον ἐκ πολέμοιο·
Τοῦ δὲ βάδην ἀπιόντος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ
Δηΐφοβος· δὴ γάρ οἱ ἔχεν κότον ἐμμενὲς αἰεί·

Æneasque, & Idomeneus, pares Marti,
Cupiebant alter alterius vulnerare corpus sævo ære.
Æneas autem primus jaculatus est *in* Idomeneum:
At is quidem ex-adverso conspicatus, evitavit æream hastam:
Cuspisque Æneæ vibrans in terram
Abiit; quippe incassùm robustâ è manu exilierat.
Idomeneus autem Oenomaum percussit, ventrem *in* medium;
Rupitque thoracis cavitatem, intestina autem æs
Penetrans-hausit: ille vero in pulvere lapsus, prehendit terram palmâ.
Idomeneus autem ex mortuo quidem prælongam hastam
Evulsit; at non itidem alia potuit arma pulchra
Humeris detrahere: urgebatur enim telis.
Non enim jam firmi artus pedum erant quum-impetum-faceret;
Neque ut irruere posset ad *repetendam* suam hastam, nec ut *alterius* evitaret.
Ideóque in statariâ pugnâ quidem arcebat sævum diem,
Ad fugam verò *capessendam* non jam facilè *eum* pedes ferebant ex pugnâ.
In hunc igitur lento-gradu abeuntem jaculatus est hastâ fulgenti
Deïphobus; quippe ei infensus erat *odio* perpetuo semper.

Ver. 500. —ἀτάλαντοι.] Vide suprà ad β', 627.

Ver. 502. Αἰνείας δὲ πρῶτος.] *Barnesius* ex MS quodam edidit, Αἰνείας δή. At vocula ista δή, locum hîc aptum non habet. Equidem, siquid hîc mutandum, legerem Αἰνείας μὲν, "*Ac Æneas quidem*——." Sed mutato nihil est opus.

Ibid. —ἀκόντισεν.] Vide suprà ad α', 140.

Ver. 506. —ἄρα] Eam hîc vim habet vocula ἄρα, ut dicat Idomeneum "*itidem jaculatum esse*," ut jam fecerat Æneas.

Ver. 508. —ἐν κονίῃσι πεσών.] Latinè itidem rectè dicas, *in pulvere decidens.* Non quòd, *in pulvere*, idem ipsum sit, quod est alterum illud, *in pulverem:* sed quòd, *in pulvere decidere*, sit, *humi decidere in pulvere*; quippe cùm is, qui sit *in terram dejectus*, jaceat *in pulvere* necesse sit. Vide quæ Nos hâc de re suprà ad θ', 156; & ad α', 593. Item ad *Cæsaris Commentar. de bello Gallico, lib.* 4. § 9.

Ver. 510. —καλά.] Vide suprà ad β', 43.

Ver. 517. —ἐμμενὲς αἰεί.] *Al.* αἰέν. Et codex *Harleian.* à *Th. Bentleio* collatus, ἔμμονον.

Ver. 518.

Ἀλλ' ὅγε καὶ τόθ' ἅμαρτεν, ὁ δ' Ἀσκάλαφον βάλε δουρὶ,
Υἱὸν Ἐνυαλίοιο, δι' ὤμου δ' ὄβριμον ἔγχος
Ἔσχεν· ὁ δ' ἐν κονίῃσι πεσὼν ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ.
Οὐδ' ἄρα πώ τι πέπυστο βριήπυος ὄβριμος Ἄρης
Υἷος ἑοῖο πεσόντος ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ·
Ἀλλ' ὅγ' ἄρ' ἄκρῳ Ὀλύμπῳ ὑπὸ χρυσέοισι νέφεσιν
Ἧστο, Διὸς βουλῇσιν ἐελμένος, ἔνθα περ ἄλλοι
Ἀθάνατοι θεοὶ ἦσαν ἐεργόμενοι πολέμοιο.
Οἱ δ' ἀμφ' Ἀσκαλάφου αὐτοσχεδὸν ὡρμήθησαν·
Δηΐφοβος μὲν ἀπ' Ἀσκαλάφου πήληκα φαεινὴν
Ἥρπασε· Μηριόνης δὲ θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηϊ
Δουρὶ βραχίονα τύψεν ἐπάλμενος, ἐκ δ' ἄρα χειρὸς
Αὐλῶπις τρυφάλεια χαμαὶ βόμβησε πεσοῦσα.
Μηριόνης δ' ἐξαῦτις ἐπάλμενος, αἰγυπιὸς ὥς,
Ἐξέρυσε πρυμνοῖο βραχίονος ὄβριμον ἔγχος·
Ἂψ δ' ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο· τὸν δὲ Πολίτης,
Αὐτοκασίγνητος, περὶ μέσσω χεῖρε τιτήνας,

Sed ille & tunc aberravit; Ascalaphum autem percussit hastâ,
Filium Martis; perque humerum rapida hasta
Penetravit: hic autem in pulvere lapsus, prehendit terram palmâ.
Necdum adhuc quidquam audiverat clamosus impetuosus Mars,
Filium suum cecidisse in acri prælio;
Sed ille quidem summo in Olympo sub aureis nubibus
Sedebat, Jovis consiliis conclusus, ubi cæteri
Immortales dii erant prohibiti à pugnâ.
Hi autem de Ascalapho cominùs in-pugnam-ruebant:
Ac Deïphobus quidem ab Ascalapho cassidem lucidam
Rapuit; Meriones verò veloci par Marti
Hastâ *ei* brachium feriit insiliens, è manuque
Oblonga galea humi resonuit lapsa.
Meriones autem denuò insiliens, vultur tanquam,
Extraxit ex imo brachio validam hastam;
Retróque sociorum ad agmen cessit. *Deïphobum* autem Polites,
Germanus-frater, medium manibus circumplexus

Ver. 518. —καὶ τόθ'.] Ita edidit *Barnesius*, ex MSS & Editt. Vett. Rectéque annotat, *Deïphobum* jam antè aberrâsse ab *Idomeneo*, ver. 408. Vulgati habent, γε τόθ'.

Ver. 520. —ἐν κονίῃσι πεσών.] Vide suprà ad *ver.* 508.

Ver. 521. Οὐδ' ἄρα.] *Neque scilicet*——.

Ver. 523. —ὑπὸ χρυσέοισι.] Pronuntiabatur χρυσεῖοισι, quomodo & scribi postea cœptum est. Nam *prima* necessariò producitur; neque in his ulla unquam est licentia. Sic apud *Virgilium*;

Aureâ composuit spondâ.—*Æn.* I, 702.
Aureâ percussum virgâ. ——*Æn.* VII, 190.
Uno eodemque igni. ——*Eclog.* VIII, 80.
Unâ eâdemque viâ. ——*Æn.* X. 487.

Vide suprà ad β', 811.

Ver. 525. Ἀθάνατοι.] Vide suprà ad α', 398.

Ver. 528. Ἥρπασε.] Vide suprà ad α', 140; & ad hujus libri *ver.* 192.

Ver. 529. —ἐκ δ' ἄρα χειρός] *Adeò ut è manu.*——

Ver. 530. —βόμβησε.] De hâc ὀνοματοποιΐα, vide suprà ad δ', 455.

Ver. 533. —ἐχάζετο.] Vel *Meriones*, vel *Deïphobus*; pro eo ut interpungatur sententia.

Ἐξῆγον πολέμοιο δυσηχέος, ὄφρ' ἵκεθ' ἵππους
Ὠκέας, οἵ οἱ ὄπισθε μάχης ἠδὲ πτολέμοιο
Ἕστασαν, ἡνίοχόν τε καὶ ἅρματα ποικίλ' ἔχοντες·
Οἵ τόν γε προτὶ ἄστυ φέρον βαρέα στενάχοντα,
Τειρόμενον· κατὰ δ' αἷμα νεουτάτου ἔρρεε χειρός·
Οἱ δ' ἄλλοι μάρναντο, βοὴ δ' ἄσβεστος ὀρώρει.
Αἰνείας δ' Ἀφαρῆα Καλητορίδην, ἐπορούσας,
Λαιμὸν τύψ', ἐπί οἱ τετραμμένον, ὀξέϊ δουρί·
Ἐκλίνθη δ' ἑτέρωσε κάρη, ἐπὶ δ' ἀσπὶς ἑάφθη,
Καὶ κόρυς· ἀμφὶ δέ οἱ θάνατος χύτο θυμοραϊστής.
Ἀντίλοχος δὲ Θόωνα, μεταστρεφθέντα δοκεύσας,
Οὔτασ' ἐπαΐξας· ἀπὸ δὲ φλέβα πᾶσαν ἔκερσεν,
Ἥτ' ἀνὰ νῶτα θέουσα διαμπερὲς, αὐχέν' ἱκάνει·
Τὴν ἀπὸ πᾶσαν ἔκερσεν· ὁ δ' ὕπτιος ἐν κονίῃσι
Κάππεσεν, ἄμφω χεῖρε φίλοις ἑτάροισι πετάσσας.
Ἀντίλοχος δ' ἐπόρουσε, καὶ αἴνυτο τεύχε' ἀπ' ὤμων,

Eduxit è prælio horrisono, donec pervenit ad equos
Veloces, qui ei post pugnam & prælium
Stabant, aurigámque & currum ornatu-varium habentes:
Qui illum quidem ad urbem portabant gravitèr gementem,
Laborantem; sanguis verò ex recens-vulneratâ fluebat manu.
At cæteri pugnabant, clamórque immensus exortus est.
Æneas porrò in Aphareum Caletoridem irruens,
Ad jugulum feriit, contra se versum, acutâ hastâ:
Inclinatum est autem in alteram-partem caput, clypeúsque appensus sequebatur,
Et galea; circáque eum mors fusa est exitialis.
Antilochus autem Thoonem, terga-vertentem observans,
Vulneravit impetu-facto; venámque totam abscidit,
Quæ per dorsum currens penitùs, ad cervicem pervenit;
Hanc totam abscidit: ille autem supinus in pulvere
Decidit, ambas manus dilectis sociis extendens.
Antilochus autem insiliit, & detrahebat arma ab humeris,

Ver. 535. Ἐξῆγον πολέμοιο.] *Al.* Ἐξῆγε πτολέμοιο.

Ver. 536.— μάχης ἠδὲ πτολέμοιο.]

——*pugnas* ineant, & *prælia* tentent.
Æn. XI, 912.

Vide autem suprà, ad κ', 279.

Ver. 537. Ἕστασαν.] Vide suprà ad μ', 55.

Ver. 539. —νουτάτου.] Ex οὐτάζω, non ex οὐτάω. Vide suprà ad *ver.* 192: Item ad ά, 140; & ad δ, 525.

Ver. 541. Αἰνείας δ' Ἀφαρῆα.] Apud *Eustathium* legitur, inchoatâ à novo exordio sententiâ, Ἔνθ' Αἰνείας Ἀφαρῆα. *Errore*, inquit Barnesius, *non levi*. At ita habent MSS *Harleian.* & *Vatican.* & *Florentin.* à *To. Bentleio* collati. Nec facilè ex nihilo irrepere potuit vox Ἔνθα. Quæ proinde si vera demùm sit lectio, Αἰνείας sive Αἰνέας in vocem dissyllabam erit contracta.

Ver. 543. —ἑάφθη.] *Al.* ἰάφθη. Vide suprà ad *ver.* 382.

Ver. 544. —θυμοραϊστής.] Ὁ διϊστῶν τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος, Schol. inedita Codicis *Harleiani*.

Ver. 545. —μεταστρεφθέντα——— Οὔτασ' ἐπαΐξας.]

———hinc raptas fugientibus ingerit hastas
In tergum.——— *Æn.* IX, 763.

De οὐτᾶσι, vide suprà ad δ, 525; & ad ά, 140.

Ver. 546. —φλέβα] Vide suprà ad β', 267.

Ver. 548. —ἐν κονίῃσι Κάππεσεν.] Vide suprà ad *ver.* 508.

Ver. 552.

Παπταίνων· Τρῶες δὲ περισταδὸν ἄλλοθεν ἄλλος
Οὔταζον σάκος εὐρὺ παναίολον, οὐδὲ δύναντο
Εἴσω ἐπιγράψαι τέρενα χρόα νηλέϊ χαλκῷ
Ἀντιλόχου· περὶ γάρ ῥα Ποσειδάων ἐνοσίχθων
Νέστορος υἱὸν ἔρυτο, καὶ ἐν πολλοῖσι βέλεσσιν.
Οὐ μὲν γάρ ποτ' ἄνευ δηΐων ἦν, ἀλλὰ κατ' αὐτοὺς
Στρεφᾶτ'· οὐδέ οἱ ἔγχος ἔχ' ἀτρέμας, ἀλλὰ μάλ' αἰεὶ
Σειόμενον ἐλέλικτο· τιτύσκετο δὲ φρεσὶν ᾗσιν,
Ἢ τοῦ ἀκοντίσαι, ἠὲ σχεδὸν ὁρμηθῆναι.
Ἀλλ' οὐ λῆθ' Ἀδάμαντα τιτυσκόμενος καθ' ὅμιλον
Ἀσιάδην, ὅς οἱ οὖτα σάκος μέσον ὀξέϊ χαλκῷ,
Ἐγγύθεν ὁρμηθείς· ἀμενήνωσεν δέ οἱ αἰχμὴν
Κυανοχαῖτα Ποσειδάων, βιότοιο μεγήρας.
Καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ μεῖν', ὥστε σκῶλος πυρίκαυστος,
Ἐν σάκεϊ Ἀντιλόχοιο, τὸ δ' ἥμισυ κεῖτ' ἐπὶ γαίης·
Ἂψ δ' ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο, κῆρ' ἀλεείνων·

Circumspectans: Trojani autem circumsistentes aliundè alius
Telis feriebant scutum latum, pulchrum; neque poterant
Intro perstringere tenerum corpus sævo ære,
Antilochi: undique enim Neptunus, quatiens terram,
Nestoris filium tuebatur; etiam inter multa tela.
Non enim unquam *Antilochus* seorsum ab hostibus erat, sed inter ipsos
Versabatur: nec ei hasta cessavit, sed admodùm assiduè
Quassata vertebatur; parabátque mente suâ,
Aut in aliquem eminùs-jaculari, aut cominùs irruere.
Sed non latuit Adamanta *hæc* animo-meditans in turbâ
Asiadem, qui ei percussit scutum medium acuto ære,
Cominùs impetu-facto: comminuit autem ejus cuspidem
Cæruleis-crinibus Neptunus, vitam *Antilochi ei eripiendam* negans.
Et *dimidium* quidem illic mansit, tanquam sudes *præacuta* igne-præusta,
In scuto Antilochi; dimidiúmque jacebat super terrâ:
Retrò itaque sociorum ad agmen cessit *Adamas*, mortem evitans:

Ver. 552. —παναίολον.] Porphyrio, *mobile; versatile; facilè huc illuc motatum.* Vide suprà ad β', 816.

Ver. 555. —ἔρυτο] *Barnesius* scribendum existimat ἐρῦτο, ad analogiam τοῦ "Λῦτο."

Ver. 558. Σειόμενον ἐλέλικτο.] Vide suprà ad ά, 51. *Barnesius* edidit, Σειόμενόν ῥ' ἐλέλικτο. Non malé; siquo in Codice ita scriptum repperisset.

Ver. 559. —ἀκοντίσαι.] Ita *Barnesius* ex uno MS. Optimé. Nam ἀκοντίσσαι, penultimam necessariò corripit. Vide suprà ad *ver.* 1.

Ver. 560. —Ἀδάμαντα ——— Ἀσιάδην.] *Barnesius* omninò scribendum contendit, Ἀκάμαντα —— Ἀσιάδην· quoniam suprà legitur, μ', 140, Ἀσιάδην τ' Ἀκάμαντα. At non hæc satis idonea ratio. Nam & *tertius* legitur *Asiades*, ρ, 583; Φαίνοπι Ἀσιάδῃ. Præterea; hoc in loco, *cæsus* narratur *Adamas*: At *Acamas* infrà memoratur *vivus*, ξ', 476, 478, 488; & à *Merione* demùm *interfectus*, π', 342.

Ver. 561. —οὖτα.] Vide suprà ad *ver.* 192: Item ad δ, 525.

Ibid. —σάκος μέσον.] MS a *Th. Bentleio* collatus, μέσον σάκος.

Ver. 563. Κυανοχαῖτα.] Vide suprà ad ά, 43 & 175.

Ibid. —μεγήρας.] *Al.* μεγῄρας.

Ver. 564. —σκῶλος.] Εἶδος σκόλοπος, ὃν ἀποξύναντες ἀγρεύται πυρακτοῦσιν. —— Ἕτεροι δὲ εἶδος ἀκάνθης τὸν σκῶλόν φασιν, ἥτις πυρωθεῖσα, εὔτονος γίνεται. *Eustath.*

Ver. 566. Ἂψ δ' —— ἀλεείνων.] Post hunc versum, addit Cod. *Harleian.*

Πάντοσε παπταίνων, μή τις χρόα καλὸν ἐπαύρῃ.

Ex versu (ut videtur) infrà, 649.

Μηριόνης δ' ἀπιόντα μεταςπόμενος βάλε δουρὶ
Αἰδοίων τε μεσηγὺ καὶ ὀμφαλοῦ· ἔνθα μάλιςα
Γίνετ' Ἄρης ἀλεγεινὸς ὀϊζυροῖσι βροτοῖσιν·
Ἔνθα οἱ ἔγχος ἔπηξεν· ὁ δ' ἑσπόμενος, περὶ δουρὶ
Ἤσπαιρ', ὡς ὅτε βοῦς, τόν τ' οὔρεσι βουκόλοι ἄνδρες
Ἰλλάσιν οὐκ ἐθέλοντα βίῃ δήσαντες ἄγουσιν·
Ὣς ὁ τυπεὶς ἤσπαιρε μίνυνθά περ', οὔτι μάλα δήν,
Ὄφρα οἱ ἐκ χροὸς ἔγχος ἀνεσπάσατ' ἐγγύθεν ἐλθὼν
Ἥρως Μηριόνης· τὸν δὲ σκότος ὄσσ' ἐκάλυψε.
Δηΐπυρον δ' Ἕλενος ξίφεϊ σχεδὸν ἤλασε κόρσην
Θρηϊκίῳ, μεγάλῳ, ἀπὸ δὲ τρυφάλειαν ἄραξεν·
Ἡ μὲν ἀποπλαγχθεῖσα, χαμαὶ πέσε· καί τις Ἀχαιῶν
Μαρναμένων μετὰ ποσσὶ κυλινδομένην ἐκόμισσε·
Τὸν δὲ κατ' ὀφθαλμῶν ἐρεβεννὴ νὺξ ἐκάλυψεν.
Ἀτρεΐδην δ' ἄχος εἷλε, βοὴν ἀγαθὸν Μενέλαον·
Βῆ δ' ἐπαπειλήσας Ἑλένῳ ἥρωϊ ἄνακτι,
Ὀξὺ δόρυ κραδάων· ὁ δὲ τόξου πῆχυν ἄνελκε.
Τὼ δ' ἄρ' ὁμαρτήτην, ὁ μὲν ἔγχεϊ ὀξυόεντι
Ἵετ' ἀκοντίσσαι, ὁ δ' ἀπὸ νευρῆφιν ὀϊςῷ·
Πριαμίδης μὲν ἔπειτα κατὰ στῆθος βάλεν ἰῷ

Meriones autem abeuntem insecutus percussit hastâ
Pudendáque inter & umbilicum, ubi maximè
Est Martis-plaga gravis miseris mortalibus:
Illic ei hastam infixit: is autem secutus [*decidens*,] circa hastam
Palpitabat; velut quum bos, quem utique *in* montibus bubulci viri
Vinculis-contortis invitum vi ligatum ducunt;
Sic iste vulneratus palpitabat paullisper quidem, haud admodùm diù;
Donec ei ex corpore hastam evulsit propè accedens
Heros Meriones; ei verò tenebræ oculos texerunt.
Deïpyrum autem Helenus gladio comminùs percussit tempus
Thracio, magno, galeámque perruptam abscidit:
Atque hæc quidem excussa, in terram decidit; & quidam Achivorum
Pugnantium inter pedes devolutam sustulit;
Ei verò oculos tenebrosa nox cooperuit.
Atridem autem dolor cepit, pugnâ strenuum Menelaum:
Prodiit ergò minitans Heleno heroï regi,
Acutam hastam vibrans: hic verò arcûs cornu adduxit.
Ambo autem simul concurrebant; alter quidem hastâ acutâ
Cupiebat jaculari; alter verò, a nervo, sagittâ:
At Priamides quidem deinde ad pectus percussit sagittâ

Ver. 569. —ὀϊζυροῖσι βροτοῖσιν.] —Mortalibus ægris. *Æn.* II, 268.

Ver. 571. Ἤσπαιρ', ὡς] Singultim palpitantem & anhelantem, pulchre depingit hoc in loco & cæsuræ & interpuncti dispositio.

Ver. 572. Ἰλλάσιν οὐκ.] MSS a *Th. Bentleio* collati, Ἱμᾶσ' οὐκ.

Ver. 573. —μάλα δήν.] Quâ ratione, μάλα, hîc ultimam producat; item ἀπὸ, *ver.* 585; & γύαλον, *ver.* 587; & ὑπὸ, *ver.* 590; & ἄντικρυ, *ver.* 595; & χεῖρας, *ver.* 598; & ἀχόμενος, *ver.* 619; Vide suprà ad ά, 51.

Ver. 581. —βοὴν ἀγαθὸν.] Vide suprà ad β', 408.

Ver. 584. —ὁμαρτήτην.] *Al.* ὁμαρτήδην. *Al.* ἁμαρτῆδην.

Ibid. —ὀξυόεντι.] Vide suprà ad έ, 50.

Ver. 586. Πριαμίδης.] Vide suprà ad δ', 398.

Ver. 588.

Θώρηκος γύαλον, ἀπὸ δ' ἔπτατο πικρὸς ὀϊστός.
Ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ πλατέος πτυόφιν μεγάλην κατ' ἀλωὴν
Θρώσκουσιν κύαμοι μελανόχροες, ἢ ἐρέβινθοι,
Πνοιῇ ὑπὸ λιγυρῇ καὶ λικμητῆρος ἐρωῇ·
Ὣς ἀπὸ θώρηκος Μενελάου κυδαλίμοιο
Πολλὸν ἀποπλαγχθεὶς, ἑκὰς ἔπτατο πικρὸς ὀϊστός.
Ἀτρείδης δ' ἄρα χεῖρα, βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος,
Τὴν βάλεν, ᾗ ῥ' ἔχε τόξον ἐΰξοον· ἐν δ' ἄρα τόξῳ
Ἀντικρὺ διὰ χειρὸς ἐλήλατο χάλκεον ἔγχος.
Ἂψ δ' ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο, κῆρ' ἀλεείνων,
Χεῖρα παρακρεμάσας· τὸ δ' ἐφέλκετο μείλινον ἔγχος·
Καὶ τὸ μὲν ἐκ χειρὸς ἔρυσεν μεγάθυμος Ἀγήνωρ,
Αὐτὴν δὲ ξυνέδησεν ἐϋστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ,
Σφενδόνῃ, ἣν ἄρα οἱ θεράπων ἔχε ποιμένι λαῶν.
Πείσανδρος δ' ἰθὺς Μενελάου κυδαλίμοιο
Ἤϊε· τὸν δ' ἄγε μοῖρα κακὴ θανάτοιο τέλοσδε,
Σοὶ, Μενέλαε, δαμῆναι ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι.
Οἱ δ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν, ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες,

Thoracis cavam-partem, resiliit autem acerba sagitta.
Ut videlicèt cùm à lato ventilabro magnam per aream
Saliunt fabæ nigræ, vel cicera,
Flatu à stridulo & ventilatoris impetu:
Sic à thorace Menelai gloriâ-sublimis
Multùm rejecta, longè volavit acerba sagitta.
Atrides autem manum, *in* prælio strenuus Menelaus,
Eam percussit, quæ tenebat arcum politum; inque arcu
E-regione per manum infixa est ærea hasta.
Retrò autem sociorum in agmen cessit *Helenus*, mortem evitans,
Manu suspensâ; tractimque-unâ-ferebatur fraxinea hasta;
Et hanc quidem è manu traxit magnanimus Agenor,
Ipsámque *manum* colligavit scitè-circumvolutâ ovis lanâ,
Fundâ *scilicet*, quam ei minister tenebat pastori populorum.
Pisander autem rectà in Menelaum gloriâ-sublimem
Ibat: eum quippe ducebat fatum funestum, mortis ad-finem;
A te, Menelae, ut sterneretur in gravi pugnâ.
Hi ergò quando jam propè erant, inter se concurrentes;

Ver. 588. Ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ πλατέος.] Θαυμάζουσιν ἐν τούτοις οἱ παλαιοὶ τὸν ποιητὴν, καὶ ὡς πρᾶγμα ταπεινὸν τὸ κατὰ κυάμους καὶ ἐρεβίνθους, καὶ ἔπεσιν ἀστείοις, ἐπιθέτοις τε ὑψώσας ἐσεμνύνεν, ἀποκαλύπτων τὸ ταπεινὸν, καὶ λέξεσι μεμελετημέναις ἐτήρει. *Eustath.*

Ibid. —πλατέος πτυόφιν.] Reprehendit hîc *Eustathium Barnesius*, quod πτυόφιν hoc in loco *Genitivum* esse fassus ex πτύον, id tamen idem jam anteà de vocabulo νευρῆφιν negâsset. At rectè observaverat *Eustathius*, id quod non animadvertit *Barnesius*, unam in utroque horum vocabulorum *non* esse Analogiam. Nam quâ ratione ex πτύον fit πτυόφιν, & ex χαλκοῦ χαλκόφιν, non utique eâdem ratione fit ex νευρῆς νευρῆφιν. Οὐκ ἂν ἔχοι καὶ ἀπὸ γενικῆς γίνεσθαι τὸ "νευρῆς" ἀποβολῇ τοῦ σ. Εἴη δ' ἂν μάλιστα ὡς ἐπίῤῥημα,——ὡς βίηφι, οὕτω καὶ νευρῇ νευρῆφι.

Ver. 589. Θρώσκουσιν.] *Al.* Θρώσκωσιν.

Ver. 593. —Ἀτρείδης δ' ἄρα.] *Atrides autem invicem*————.

Ver. 594. —ᾗ] *Al.* ἣ.

Ver. 597. —μείλινον.] *Al.* χάλκεον. Nempe ex *ver.* 595.

Ver. 600. —ἣν ἄρα.] *Quam, ut fieri solet,*————.

Ver. 602. —τὸν δ' ἄγε μοῖρα.]

Ἀτρείδης μὲν ἅμαρτε, παραὶ δέ οἱ ἐτράπετ' ἔγχος·
Πείσανδρος δὲ σάκος Μενελάου κυδαλίμοιο
Οὔτασεν, οὐδὲ διαπρὸ δυνήσατο χαλκὸν ἐλάσσαι·
Ἔσχετο γὰρ σάκος εὐρὺ, κατεκλάσθη δ' ἐνὶ καυλῷ
Ἔγχος· ὁ δὲ φρεσὶν ᾗσι χάρη, καὶ ἐέλπετο νίκην·
Ἀτρείδης δὲ, ἐρυσσάμενος ξίφος ἀργυρόηλον,
Ἆλτ' ἐπὶ Πεισάνδρῳ· ὁ δ' ὑπ' ἀσπίδος εἵλετο καλὴν
Ἀξίνην εὔχαλκον, ἐλαΐνῳ ἀμφὶ πελέκκῳ,
Μακρῷ, ἐϋξέστῳ· ἅμα δ' ἀλλήλων ἐφίκοντο.
Ἤτοι ὁ μὲν κόρυθος φάλον ἤλασεν ἱπποδασείης
Ἄκρον ὑπαὶ λόφον αὐτόν· ὁ δὲ προσιόντα, μέτωπον,
Ῥινὸς ὕπερ πυμάτης· λάκε δ' ὀστέα, τὼ δέ οἱ ὄσσε
Πὰρ ποσὶν αἱματόεντα χαμαὶ πέσον ἐν κονίῃσιν·
Ἰδνώθη δὲ πεσών· ὁ δὲ λὰξ ἐν στήθεσι βαίνων,
Τεύχεά τ' ἐξενάριξε, καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα·
Λείψετέ θην οὕτω γε νέας Δαναῶν ταχυπώλων,
Τρῶες ὑπερφίαλοι, δεινῆς ἀκόρητοι ἀϋτῆς·
Ἄλλης μὲν λώβης τε καὶ αἴσχεος οὐκ ἐπιδευεῖς,

Atrides quidem aberravit, ipsique aversa est hasta:
Pisander verò scutum Menelai gloriâ-sublimis
Percussit, neque penitùs potuit æs adigere:
Prohibuit enim scutum latum, fractáque est in extremâ-parte
Hasta: hic tamen mente suâ gavisus est, & sperabat victoriam.
Atrides autem extracto ense argenteis-clavis-distincto,
Insiliit in Pisandrum; ille autem sub scuto desumpsit pulchram
Securim ex-ære-scite-factam, oleaginum insertum-habens manubrium,
Longum, benè-politum; uno autem tempore alter alterum assecutus est.
Utique hic quidem [*Pisander*] galeæ conum percussit equinis-setis densæ
Summam sub cristam ipsam: ille verò accedentem, in fronte,
Naso super extremo; crepuerúntque ossa; atque ei oculi
Ad pedes sanguinolenti humi deciderunt in pulvere:
Incurvatusque est concidens; ille autem calcem in pectoribus ponens,
Armáque interfecto-exuit, & glorians verbum dixit;
" Relinquetis ità demùm naves Danaorum rei-equestris-peritorum,
" Trojani fœdifragi, gravis insatiabiles pugnæ:
" Alio quidem flagitioque & probro non carentes *estis*,

Fata vocant, metasque dati pervenit ad ævi. *Æn.* X, 472.

Ver. 605. —ἐτράπετ' ἔγχος.] Non, a scuto *repulsa est*; sed *avertit sese*, aberravit. De primigenio hoc *vocis Mediæ* usu, vide suprà ad γ', 141.

Ver. 607. Οὔτασεν.] Vide suprà ad *ver.* 192; & ad ά, 140.

Ver. 611. —καλὴν.] Vide suprà ad β', 43.

Ver. 612. Ἀξίνην —— μέτωπον —— λάκε δ' ὀστέα.]

—————— ille securi
Adversi frontem mediam mentúmque reductâ
Disjicit, et sparso latè rigat arma cerebro. *Æn.* XII, 306.

Non unus hîc rei eventus, sed una ferè loquendi ratio.

Ver. 613. —ἐφίκοντο.] *Al.* ἀφίκοντο.

Ver. 615. —ὑπαὶ λόφον.] *Al.* ὑπὸ λόφον.

Ver. 617. —αἱματόεντα.] Ita *Barnesius* ex MSS, ex Scholiis, & ex Editt. Vett. Quibuscum faciunt MSS *Harleian.* & *Vatican.* & *Florentin.* a *Th. Bentleio* collati. Vide suprà ad *ver.* 435. *Al.* αἱματόεντε.

Ibid. —ἐν κονίῃσιν.] Vide suprà ad *ver.* 508.

Ver. 620. —θὴν.] *Al.* δή.

Ver. 623.

Ἣν ἐμὲ λωβήσασθε, κακαὶ κύνες· οὐδέ τι θυμῷ
Ζηνὸς ἐριβρεμέτεω χαλεπὴν ἐδδείσατε μῆνιν,
Ξεινίου· ὅστε πότ' ὔμμι διαφθέρσει πόλιν αἰπήν.
Οἵ μευ κουριδίην ἄλοχον καὶ κτήματα πολλὰ
Μὰψ οἴχεσθ' ἀνάγοντες, ἐπεὶ φιλέεσθε παρ' αὐτῇ·
Νῦν αὖτ' ἐν νηυσὶν μενεαίνετε ποντοπόροισι
Πῦρ ὀλοὸν βαλέειν, κτεῖναι δ' ἥρωας Ἀχαιούς·
Ἀλλά ποθι σχήσεσθε, καὶ ἐσσύμενοί περ, Ἄρηος.
Ζεῦ πάτερ, ἦ τέ σέ φασι περὶ φρένας ἔμμεναι ἄλλων
Ἀνδρῶν, ἠδὲ θεῶν· σέο δ' ἐκ τάδε πάντα πέλονται·
Οἷον δὴ ἄνδρεσσι χαρίζεαι ὑβριστῇσι
Τρωσὶν, τῶν μένος αἰὲν ἀτάσθαλον, οὐδὲ δύνανται
Φυλόπιδος κορέσασθαι ὁμοιΐου πολέμοιο.
Πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, καὶ ὕπνου, καὶ φιλότητος,
Μολπῆς τε γλυκερῆς, καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο,
Τῶν πέρ τις καὶ μᾶλλον ἐέλδεται ἐξ ἔρον εἶναι,
Ἢ πολέμου· Τρῶες δὲ μάχης ἀκόρητοι ἔασιν.
Ὣς εἰπὼν, τὰ μὲν ἔντε' ἀπὸ χροὸς αἱματόεντα
Συλήσας, ἑτάροισι δίδου Μενέλαος ἀμύμων·
Αὐτὸς δ' αὖτ' ἐξαῦτις ἰὼν προμάχοισιν ἐμίχθη.

" Quo me violaſtis, improbæ canes: neque quidquam animo
" Jovis altitonantis gravem veriti eſtis iram,
" Hoſpitalis; qui aliquandò vobis evertet urbem altam.
" Qui meam quam-virginem-duxi uxorem & opes multas
" Nullâ-injuriâ laceſſiti abduxiſtis, cum hoſpitio-accepti-fueratis ab ipsâ:
" Nunc vero in naves cupitis pontum-tranſeuntes,
" Ignem perniciosum jacere, occideréque heroas Achivos:
" Sed aliquando coërcebimini impetuoſi licèt, à pugnâ.
" Jupiter pater, ſanè te aiunt ſapientiâ ſuperare cæteros omnes
" Homines atque deos; à te tamen hæc omnia proficiſcuntur:
" Cum-ita nempè viris gratificeris injurioſis
" Trojanis, quorum animus ſemper vi-injuſtâ-gaudens, neque poſſunt
" Pugnâ ſatiari omnibus-æquè-gravis belli.
" Omnium quidem rerum ſatietas eſt, & ſomni, & amoris,
" Cantûſque dulcis, & egregiæ ſaltationis,
" Quarum *rerum* quidem quis etiam magis appetit deſiderium explere,
" Quàm belli: Trojani verò pugnæ inſatiabiles ſunt.
Sic locutus, arma quidem à corpore ſanguinolenta
Detracta, ſociis dedit Menelaus inſignis:
Ipſe verò iterùm reverſus primis-pugnatoribus immiſtus eſt.

Ver. 623. —κακαὶ κύνες.] *Al.* κακοὶ κύνες· Ut *Barneſio* videtur, rectè. Sed mutato nihil opus. Dictum eſt enim ad *contumeliam*.

Ver. 625. —ὅς τε.] *Qui videlicet*——,

Ver. 628. Νῦν αὖτ'] *Nunc hanc gratiam rependentes* ———.

Ver. 629. —κτεῖναι δ'.] *Barneſius* ex conjecturâ, κτεῖναί θ'. Quam & *præſtabiliorem* appellat *Lectionem*. Sed κτεῖναι δὲ, periade eſt.

Ver. 638. Τῶν.] *Al.* Ὧν.

Ver. 639. —μάχης ἀκόρητοι]
Bellum importunum, cives, cum——
Invictiſque viris gerimus; quos nulla fatigant
Prælia, nec victi poſſunt abſiſtere ferro, *Æn.* XI, 305.

Ἔνθα οἱ υἱὸς ἐπᾶλτο Πυλαιμένεος βασιλῆος
Ἁρπαλίων, ὅ ῥα πατρὶ φίλῳ ἕπετο πτολεμίζων
Ἐς Τροίην, οὐδ' αὖτις ἀφίκετο πατρίδα γαῖαν·
Ὅς ῥα τότ' Ἀτρείδαο μέσον σάκος οὔτασε δουρὶ
Ἐγγύθεν, οὐδὲ διαπρὸ δυνήσατο χαλκὸν ἐλάσσαι·
Ἂψ δ' ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο, κῆρ' ἀλεείνων,
Πάντοσε παπταίνων, μήτις χρόα χαλκῷ ἐπαύρῃ.
Μηριόνης δ' ἀπιόντος ἵει χαλκήρε' ὀϊστόν·
Καί ῥ' ἔβαλε γλουτὸν κατὰ δεξιόν· αὐτὰρ ὀϊστὸς
Ἀντικρὺ κατὰ κύστιν ὑπ' ὀστέον ἐξεπέρησεν.
Ἑζόμενος δὲ κατ' αὖθι, φίλων ἐν χερσὶν ἑταίρων,
Θυμὸν ἀποπνείων, ὥστε σκώληξ, ἐπὶ γαίῃ
Κεῖτο ταθείς· ἐκ δ' αἷμα μέλαν ῥέε, δεῦε δὲ γαῖαν.
Τὸν μὲν Παφλαγόνες μεγαλήτορες ἀμφεπένοντο·
Ἐς δίφρον δ' ἀνέσαντες ἄγον προτὶ Ἴλιον ἱρὴν
Ἀχνύμενοι· μετὰ δέ σφι πατὴρ κίε, δάκρυα λείβων·
Ποινὴ δ' οὔτις παιδὸς ἐγίνετο τεθνειῶτος.

Tunc ei filius insiliit Pylæmenis regis
Harpalion, qui quidem patrem dilectum secutus erat, ut pugnaret
Ad Trojam; sed non rediit in patriam terram:
Qui tunc quidem Atridæ medium scutum feriit hastâ
Cominùs, neque penitùs potuit æs adigere:
Retrò igitur sociorum in agmen cessit, mortem evitans;
Quoquoversus circumspectans, nè quis *sibi* corpus ære attingeret.
Meriones autem in abeuntem misit æratam sagittam;
Et percussit clunem ad dextrum: at sagitta
E-regione juxta vesicam sub osse penetravit.
Subsidens igitur ibidem, charorum inter manus sociorum,
Animam efflans, tanquam vermis, super terrâ
Jacebat extensus; sanguis autem niger effluebat, rigabátque terram.
Atque hunc quidem Paphlagones magnanimi circùm-occupabantur;
In currum verò collocatum ducebant ad Ilium sacram
Dolentes; intérque ipsos pater ibat, lachrymas fundens:
Ultio autem nulla filii contigit mortui.

Ver. 642. Αὐτὸς δ' αὖτ' ἐξαῦτις.] Cod. a *Th. Bentleio* collatus, Αὐτὸς δὲ ἐξαῦτις.

Ver. 644. —πτολεμίζων.] πολεμίζων· *Ibid.*

Ver. 646. —οὔτασε.] Vide suprà ad *ver.* 192; & ad ά, 140.

Ver. 649. —χαλκῷ.] MS. à *Th. Bentleio* collatus, χαλκός.

Ver. 652. Ἀντικρὺ.] Quâ ratione, ἀντικρὺ, hîc ultimam producat; item γὰρ, *ver.* 661 & 666; & ἀπὸ, *ver.* 672; & Διὶ, *ver.* 674; Vide suprà ad ά, 51.

Ver. 658. —μετὰ δέ σφι πατὴρ κίε.] *Pylæmenes* hic, *Harpalionis* pater, alius est ab illo, qui suprà occisus narratur, ε, 576, ὁμώνυμος τούτῳ, ut ait *Eustathius*. Non enim temerè ac fortuitò, negligentérque scripsit *Homerus*; nec heroüm nomina necesque confinxit, sed ex historiâ memoravit: Vide suprà ad β', 494. Quominùs duo fuerint *Pylæmenes*, *Paphlagonum* Duces; nihil sanè impedit. Utrúmne alter *Harpalionis pater*, *avus* fuerit alter, uti conjecit *Barnesius*; incertum. Qui *Harpalionis patrem* priùs occisum existimant, legendum hoc in loco volunt, ——μετὰ δ' Οὔ οἱ πατὴρ κίε. Sed sine codicibus nihil mutandum. Nec tam venustè, si ita legas, cohærebit id quod sequitur, Ποινὴ δ' οὔτις παιδὸς———.

Ver. 659. —τεθνειῶτος.] Vide suprà ad *ver.* 46.

Ver. 665.

Τοῦ δὲ Πάρις μάλα θυμὸν ἀποκταμένοιο χολώθη·
Ξεῖνος γάρ οἱ ἔην, πολέσιν μετὰ Παφλαγόνεσσι.
Τοῦ ὅγε χωόμενος προΐει χαλκήρε' ὀϊστόν·
Ἦν δέ τις Εὐχήνωρ, Πολυΐδου μάντιος υἱὸς,
Ἀφνειός τ', ἀγαθός τε, Κορινθόθι οἰκία ναίων,
Ὅς ῥ' εὖ εἰδὼς κῆρ' ὀλοὴν, ἐπὶ νηὸς ἔβαινε·
Πολλάκι γάρ οἱ ἔειπε γέρων ἀγαθὸς Πολύϊδος,
Νούσῳ ὑπ' ἀργαλέῃ φθίσθαι οἷς ἐν μεγάροισιν,
Ἢ μετ' Ἀχαιῶν νηυσὶν ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι·
Τῷ ῥ' ἅμα τ' ἀργαλέην θωὴν ἀλέεινεν Ἀχαιῶν,
Νοῦσόν τε στυγερὴν, ἵνα μὴ πάθοι ἄλγεα θυμῷ·
Τὸν βάλ' ὑπὸ γναθμοῖο καὶ οὔατος· ὦκα δὲ θυμὸς
Ὤχετ' ἀπὸ μελέων· στυγερὸς δ' ἄρα μιν σκότος εἷλεν.
Ὣς οἱ μὲν μάρναντο, δέμας πυρὸς αἰθομένοιο·
Ἕκτωρ δ' οὐκ ἐπέπυστο Διῒ φίλος, οὐδέ τι ᾔδη,
Ὅττι ῥά οἱ νηῶν ἐπ' ἀριστερὰ δηϊόωντο
Λαοὶ ὑπ' Ἀργείων· τάχα δ' ἂν καὶ κῦδος Ἀχαιῶν
Ἔπλετο, τοῖος γὰρ γαιήοχος Ἐννοσίγαιος
Ὤτρυν' Ἀργείους, πρὸς δὲ σθένει αὐτὸς ἄμυνεν·

Ob hunc autem Paris valdè animo, interfectum iratus est;
Hospes enim ei erat, multos inter Paphlagonas.
Propter hunc *igitur* is iratus emisit æratam sagittam:
Erat autem quidam Euchenor, Polyïdi vatis filius,
Divesque, fortisque, Corinthi domos habitans,
Qui planè admonitus de fato *suo* exitiali, navi *tamen* vectus-venit:
Sæpè enim ei dixerat senex bonus [vel *peritus*] Polyïdus,
Eum morbo gravi interiturum suis in ædibus,
Aut inter Achivorum naves à Trojanis domitum iri:
Ideò simul gravémque mulctam [*contumeliam*] evitabat Achivorum,
Morbúmque tetrum, ut ne pateretur dolores animo:
Hunc percussit *Paris* sub maxillâ & aure: protinus autem animus
Abiit à membris, horrendáque ipsum caligo occupavit.
Sic hi quidem pugnabant, instar ignis ardentis:
Hector autem non audierat Jovi dilectus, neque quid nôrat,
Quòd sibi navium ad sinistram cædebantur
Copiæ ab Argivis; propemodùm autem etiam victoria Achivorum
Erat; talis enim Neptunus terram-quatiens
Impellebat Argivos, insupérque & robore ipse auxiliabatur.

Ver. 665. Ὅς ῥ' εὖ εἰδὼς κῆρ' ὀλοήν.] Οὐχ ὁμώνυμος τῷ Ἀχιλλεῖ ὁ Εὐχήνωρ, ὅγε καὶ αὐτὸς, εἰδὼς ὡς θανεῖται, ἦλθεν εἰς Τροίαν· Ἐκείνῳ μὲν γὰρ μὴ ἐλθόντι, ζῆν ἦν ἐπὶ μακρόν· Εὐχήνορι δὲ, τὰ τοῦ θανάτου ἄφυκτα, κἂν οἴκοι ἔμεινεν. *Eustath.*

Ver. 670. —πάθοι.] *A.* πάθῃ.

Ver. 672. —ἄρα.] *Porro; proinde; exinde; ut solitum est.*

Ver. 673. —δέμας πυρός.] Διὰ τὸ θερμὸν, καὶ εὔτονον, καὶ ἀκίνητον τῶν μαχομένων. *Schol. inedita, à Th. Bentleio communicata.*

Ver. 675. Ὅττι.] Vide suprà ad *δ*, 537.

Ver. 676. —τάχα δ' ἄν.] Εἰ μὴ ἐμεμαθήκει· *Nisi tandem admonitus fuisset Hector*, ver. 725, infrá. *Schol. inedita*, Codicis *Harleiani*.

Ver. 678. Ὤτρυν' ——, σθένει αὐτὸς ἄμυνεν.] Nempe *Mare* eos cohibuit, nè fugerent; ipsaque necessitas fortitudinem inspiravit.

Ver. 682.

Ἀλλ' ἔχεν, ᾗ τὰ πρῶτα πύλας καὶ τεῖχος ἐσᾶλτο,
Ῥηξάμενος Δαναῶν πυκινὰς στίχας ἀσπιστάων·
Ἔνθ' ἔσαν Αἴαντός τε νέες καὶ Πρωτεσιλάου,
Θῖν' ἐφ' ἁλὸς πολιῆς εἰρυμέναι· αὐτὰρ ὕπερθε
Τεῖχος ἐδέδμητο χθαμαλώτατον, ἔνθα μάλιστα
Ζαχρηεῖς γίνοντο μάχῃ αὐτοί τε καὶ ἵπποι·
Ἔνθα δὲ Βοιωτοὶ, καὶ Ἰάονες ἑλκεχίτωνες,
Λοκροὶ, καὶ Φθῖοι, καὶ φαιδιμόεντες Ἐπειοὶ,
Σπουδῇ ἐπαΐσσοντα νεῶν ἔχον· οὐδ' ἐδύναντο
Ὦσαι ἀπὸ σφείων φλογὶ εἴκελον Ἕκτορα δῖον·
Οἱ μὲν Ἀθηναίων προλελεγμένοι· ἐν δ' ἄρα τοῖσιν
Ἦρχ' υἱὸς Πετεῶο, Μενεσθεύς· οἱ δ' ἅμ' ἕποντο,
Φείδας τε, Στιχίος τε, Βίας τ' ἐΰς· αὐτὰρ Ἐπειῶν
Φυλείδης τε Μέγης, Ἀμφίων τε, Δρακίος τε.
Πρὸ Φθίων δὲ, Μέδων τε, μενεπτόλεμός τε Ποδάρκης,
(Ἤτοι ὁ μὲν, νόθος υἱὸς Ὀϊλῆος θείοιο
Ἔσκε Μέδων, Αἴαντος ἀδελφεός· αὐτὰρ ἔναιεν
Ἐν Φυλάκῃ γαίης ἄπο πατρίδος, ἄνδρα κατακτὰς,
Γνωτὸν μητρυιῆς Ἐριώπιδος, ἣν ἔχ' Ὀϊλεύς·

Sed perstabat *Hector*, ubi primùm portas & murum insilierat,
Perruptis Danaorum densis ordinibus scutatorum;
Ubi erant Ajacisque naves & Protesilai,
Littus ad maris cani subductæ; ac suprà
Murus ædificatus erat humillimus, ubi maximè
Acerrimi erant *in* pugnâ ipsique *viri* & equi:
Illic autem Bœoti, & Iaones longis-vestibus induti,
Locri, & Phthii, & illustres Epeï,
Acriter irruentem, à navibus arcebant; neque *tamen* poterant
Repellere à se, flammæ similem Hectorem nobilem:
Atque Atheniensium quidem selecti-*stabant*-primâ-in-acie; iis autem
Præerat filius Petei, Menestheus; unáque sequebantur
Phidásque, Stichiúsque, Biásque fortis: at Epëis præerat
Phylidésque Meges, Amphiónque, Draciúsque.
Ante Phthios autem, Medónque, bellicosúsque Podarces,
(Ac quidem nothus filius Oïlei divini
Erat Medon, Ajacis frater; & habitabat
In Phylace, terrâ procul à patriâ, viro interfecto,
Fratre novercæ Eriopidis, quam habebat Oïleus:

Ver. 682. —εἰρυμέναι.] Ab εἰρύομαι. Quæ enim sunt ex verbis in υμαι definentibus, ea omnia istud ύ ubique corripiunt.

Ver. 686. Φθῖοι.] Φθιῶται μὲν, οἱ ὑπ' Ἀχιλλεῖ· Φθῖοι δὲ οἱ ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ καὶ Φιλοκτήτῃ. *Eustath.*

Ver. 688. —εἴκελον.] Vide suprà ad ver. 53.

Ver. 689. —προλελεγμένοι.] Ἐπιλελεγμένοι, προτεταγμένοι, ὡς πρωτοστάται. *Eustath.*

Ver. 692. Φυλείδης τε Μέγης.] *Al.* Φυλείδης τε Μέγης τε. Malè. Ut rectè annotavit *Barnesius*. Erat enim *Meges*, *Phylei* filius; ό, 528, 535.

Ver. 693. —μενεπτόλεμός τε Ποδάρκης.] *Al.* Μενεπτόλεμός τε Ποδάρκης. Malè. Nam, ut rectè annotavit *Barnesius*, Homero & alibi memoratur Ποδάρκης, non item Μενεπτόλεμος.

Ver. 702.

Αὐτὰρ ὁ, Ἰφίκλοιο πάϊς τοῦ Φυλακίδαο·)
Οἱ μὲν πρὸ Φθίων μεγαθύμων θωρηχθέντες,
Ναῦφιν ἀμυνόμενοι, μετὰ Βοιωτῶν ἐμάχοντο.
Αἴας δ' οὐκέτι πάμπαν, Ὀϊλῆος ταχὺς υἱός,
Ἵστατ' ἀπ' Αἴαντος Τελαμωνίου, οὐδ' ἠβαιόν·
Ἀλλ' ὥς' ἐν νειῷ βόε οἴνοπε πηκτὸν ἄροτρον,
Ἶσον θυμὸν ἔχοντε, τιταίνετον· ἀμφὶ δ' ἄρα σφιν
Πρυμνοῖσιν κεράεσσι πολὺς ἀνακηκίει ἱδρώς·
Τὼ μέν τε ζυγὸν οἶον ἐΰξοον ἀμφὶς ἐέργει
Ἱεμένω κατὰ ὦλκα, τέμνει δέ τε τέλσον ἀρούρης·
Ὣς τὼ, παρβεβαῶτε μάλ' ἕστασαν ἀλλήλοιϊν.
Ἀλλ' ἤτοι Τελαμωνιάδῃ πολλοί τε καὶ ἐσθλοὶ
Λαοὶ ἕπονθ' ἕταροι, οἵ οἱ σάκος ἐξεδέχοντο,
Ὁππότε μιν κάματός τε καὶ ἱδρὼς γούναθ' ἵκοιτο.
Οὐδ' ἄρ' Ὀϊλιάδῃ μεγαλήτορι Λοκροὶ ἕποντο·
Οὐ γάρ σφιν σταδίῃ ὑσμίνῃ μίμνε φίλον κῆρ·

At *Podarces*, Iphicli filius Phylacidæ *erat:)*
Hi quidem ante Phthios magnanimos armati,
Naves defendentes, unà-cum Bœotis pugnabant.
Ajax verò haud omninò, Oïlei velox filius,
Abſiſtebat ab Ajace Telamonio, nè paululùm quidem;
Sed ſicut in novali duo-boves nigri compactile aratrum,
Parem animum habentes, trahunt; circaque ipſorum
Ima cornua, multus erumpit ſudor;
Atque hos quidem jugum ſolum politum diſtinet,
Vadentes per ſulcum, proſcinditque fundum terræ:
Sic iſti [*Ajaces*] conjuncti propè-admodum ſtabant inter ſe.
Sed Telamonium quidem multique & ſtrenui
Viri ſequebantur ſocii, qui ei ſcutum *vicibus* excipiebant,
Quando ipſi defatigatióque & ſudor genua occupâſſet:
At non Oïliadem magnanimum Locri ſequebantur;
Non enim ipſis *in* ſtatariâ pugnâ conſtabat ſuus animus;

Ver. 702. Ἵστατ' ἀπ'.] Ἀπίστατο.

Ver. 704. —ἄρα.] *Ut fieri ſolet*——.

Ver. 707. —τέμνει δέ τε τέλσον ἀρούρης.] Non de nihilo eſt, quòd codices, in hoc vocabulo "τέμνει," mendoſos eſſe ſuſpicetur *Barneſius*. Non quòd "*Jugum ſulcos non* "*findere ſoleat*;" Nam & *Aratorem*, & *Boves*, & *Jugum* utique, trahendo aratrum, terram *ſecare* dixeris, non ineptè: Sed quòd vox τέμνει, & quæ ejuſmodi ſunt, in Poëmate *epico*, (ubi oratio grandis plerunque & ſublimis eſſe debet, atque à ſermone vulgari quàm maximè diſtare,) *rariſſimè* corripiantur; quódque *Euſtathius*, (qui, ad Θ', 87, *Homerum* non τέμνειν, ſed τάμνειν, ſemper ſcripſiſſe docet,) hoc in loco, licèt totam Similitudinem minutatim & per verba ſingula expendat, de hoc tamen vocabulo nè γρὺ quidem. Non tamen ideò ſequendus *Barneſius*, qui nullis allatis Codicibus, nec ullâ ſatis idoneâ ratione, de ſuo edidit, τάμον δέ τε τέλσον ἀρούρης. Nec audiendus Scholiaſtes, qui iſtud "τέμνει" inficetè admodum exponit, τέμνεται. Codex *Harleianus*, à *Th. Bentleio* collatus, habet τεμεῖ· & *Scholia* ibidem inedita, τὸ ἀρόσιμον τῆς ἐπιφανείας.

Ibid. —ἀρούρης.] Vide ſuprà ad ζ, 142.

Ver. 708. —παρβεβαῶτε.] Vide ſuprà ad *ver.* 46.

Ibid. —ἕστασαν.] Vide ſuprà ad μ', 55. Cod. à *Th. Bentleio* collatus, habet παρβεβαῶτε παρέστασαν ἀλλήλοισι.

Ver. 710. —ἕταροι.] *Al.* ἑταῖροι.

Ver. 713. Οὐ γάρ σφιν σταδίῃ ὑσμίνῃ μίμνε φίλον κῆρ.] Apud *Strabonem* lib. x, p. 689, *Al.* 449. Οὐ γάρ σφιν σταδίης ὑσμίνης ἔργα μεμήλειν. Cod. *Harleian.* Οὐδ' ἄρ σφιν——.

Ver. 716.

Οὐ γὰρ ἔχον κόρυθας χαλκήρεας ἱπποδασείας,
Οὐδ' ἔχον ἀσπίδας εὐκύκλους καὶ μείλινα δοῦρα·
Ἀλλ' ἄρα τόξοισιν καὶ ἐϋστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ
Ἴλιον εἰς ἅμ' ἕποντο πεποιθότες· οἷσιν ἔπειτα
Ταρφέα βάλλοντες, Τρώων ῥήγνυντο φάλαγγας.
Δή ῥα τόθ' οἱ μὲν πρόσθε, σὺν ἔντεσι δαιδαλέοισι,
Μάρναντο Τρωσίν τε καὶ Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ·
Οἱ δ' ὄπιθεν βάλλοντες, ἐλάνθανον· οὐδέ τι χάρμης
Τρῶες μιμνήσκοντο· συνεκλόνεον γὰρ ὀϊστοί.
Ἔνθα κε λευγαλέως νηῶν ἄπο καὶ κλισιάων
Τρῶες ἐχώρησαν προτὶ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν,
Εἰ μὴ Πουλυδάμας θρασὺν Ἕκτορα εἶπε παραστάς·
Ἕκτορ, ἀμήχανός ἐσσι παραρρήτοισι πιθέσθαι.
Οὕνεκά τοι πέρι δῶκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
Τοὔνεκα καὶ βουλῇ ἐθέλεις περιίδμεναι ἄλλων;
Ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα δυνήσεαι αὐτὸς ἑλέσθαι·

Non enim habebant galeas æreas equinis-setis densas,
Neque habebant clypeos pulchrè-orbiculatos, & fraxineas hastas;
Sed arcubus & scitè-tortâ ovis lanâ,
Ad Ilium simul secuti sunt, freti; quibus deinceps
Crebrò jacientes, Trojanorum rumpebant phalangas.
At tunc illi [*Ajaces*] quidem antè, cum armis vario-artificio factis,
Pugnabant contra Trojanósque & Hectorem ære armatum:
Hi autem [*Locri*] à tergo jacientes, latebant: neque omninò pugnæ
Trojani *ampliùs* recordabantur; conturbabant enim *eos* sagittæ.
Tum sanè magnâ-clade-acceptâ, a navibus & tentoriis
Trojani recessissent ad Ilium ventosam;
Nisi Polydamas audacem Hectorem allocutus esset adstans;
" Hector, à te impetrare-nescis, ut *aliorum* monitis obsequaris.
" Quoniam tibi excellentèr dedit Deus bellica opera,
" Ideò & consilio vis peritus esse supra cæteros?
" At nequaquam simul omnia poteris ipse-solus consequi:

Ver. 716. Ἀλλ' ἄρα.] *Sed, quod inermium erat, & statariæ pugnæ imperitorum,* ———.

Ibid. —ἐϋστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ.] *Fundâ.* Ut suprà, *ver.* 559, ἐϋστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ, Σφενδόνῃ.

Ver. 717. —οἷσιν ἔπειτα.] *Al.* οἷσι μάλιστα.

Ver. 719. Δή ῥα τόθ' οἱ μὲν.] *Ac tunc quidem, juxta istam consuetudinem,* ———.

Ver. 721. —οὐδέ τι.] *Al.* οὐδ' ἔτι.

Ver. 722. —συνεκλόνεον γὰρ ὀϊστοί.] Scholiasti, συνεκλονέοντο, συνετάρασσον. Ut adeo legisse videatur, συνεκλονέοντο γ' ὀϊστοῖς.

Ver. 728. —περιίδμεναι.] Vel, περὶ ἴδμεναι. *Al.* περιέμμεναι. Quam Lectionem & præfert *Henric. Stephanus,* propter id quod suprà legitur, ά, 258, Οἳ περὶ μὲν βουλῇ Δαναῶν, περὶ δ' ἐστὲ μάχεσθαι.

Ver. 729. —οὔπως ἅμα πάντα———. Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς.]

———οὐ πάντεσσι θεὸς χαρίεντα δίδωσιν
Ἀνδράσιν, οὔτε φυὴν, οὔτ' ἂρ φρένας, οὔτ' ἀγορητύν.
Ἄλλος μὲν γὰρ——— ———
——— ——— ἀσφαλέως ἀγορεύει· ——— ———
Ἄλλος δ' αὖ εἶδος——— *Odyss.* Θ', 167.

Ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν
Πέφυκεν, ἄλλῳ δ' ἄλλο πρόσκειται γέρας·
Σὲ μὲν μάχεσθαι, τοὺς δὲ βουλεύειν καλῶς. *Euripid. Rhes.* 106.

———non omnia possumus omnes.
Virgil. Eclog. VIII, 63.

Ver. 731.

Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα·
Ἄλλῳ δ' ὀρχηστὺν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν·
Ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τιθεῖ νόον εὐρύοπα Ζεὺς
Ἐσθλόν. τοῦ δέ τε πολλοὶ ἐπαυρίσκοντ' ἄνθρωποι,
Καί τε πόλεις ἐσάωσε, μάλιστα δέ κ' αὐτὸς ἀνέγνω.
Αὐτὰρ ἐγὼν ἐρέω, ὥς μοι δοκεῖ εἶναι ἄριστα·
Πάντη γάρ σε περὶ στέφανος πολέμοιο δέδηε·
Τρῶες δὲ μεγάθυμοι, ἐπεὶ κατὰ τεῖχος ἔβησαν,
Οἱ μὲν ἀφεστᾶσιν σὺν τεύχεσιν, οἱ δὲ μάχονται
Παυρότεροι πλεόνεσσι, κεδασθέντες κατὰ νῆας.
Ἀλλ' ἀναχασσάμενος κάλει ἐνθάδε πάντας ἀρίστους.
Ἔνθεν δ' ἂν μάλα πᾶσαν ἐπιφρασσαίμεθα βουλήν·
Ἤ κεν ἐνὶ νήεσσι πολυκλήϊσι πέσωμεν,
Αἴκ' ἐθέλῃσι θεὸς δόμεναι κράτος, ἤ κεν ἔπειτα
Πὰρ νηῶν ἔλθοιμεν ἀπήμονες· ἦ γὰρ ἔγωγε
Δείδω, μὴ τὸ χθιζὸν ἀποστήσωνται Ἀχαιοὶ

" Alii enim tribuit Deus bellica opera;
" Alii autem artem-saltandi, alii citharam & cantum;
" Alii verò in pectoribus posuit mentem late-sonans Jupiter
" Prudentem; cujus quidem, multi fructum-percipiunt homines;
" Quin & urbes servat; præcipuè autem ipse, *qui habet, ejus utilitatem* novit.
" Sed ego dicam, ut mihi videtur esse optimum.
" Undique enim te circum, corona belli flagrat;
" Trojani autem magnanimi, postquam trans murum iverunt,
" Alii quidem subducunt-se cum armis, alii verò præliantur
" Pauciores contra-plures, dissipati circa naves.
" Quin *tu*, retrocedens voca huc omnes proceres:
" Deinde verò de summâ-rerum inire-poterimus consilium;
" Utrúmne in naves multa-transtra-habentes irruamus,
" Si quidem velit Deus largiri victoriam; an verò jam deinceps
" A navibus abeamus illæsi. Certè enim equidem
" Timeo, nè hesternum rependant Achivi

Ver. 731. Ἄλλῳ δ' ὀρχηστὺν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν.] Apud *Lucianum* περὶ ὀρχήσεως,

Ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν τε καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδήν.

Cæterùm nonnulli totum hunc versiculum *suppositum* existimant. Δῆλον δὲ, ὡς ἀχρεῖοι τὸ ἔπος τοῦτο τὴν Ὁμηρικὴν ἔννοιαν· ἧς ὁ σκοπὸς εἷς καὶ μόνος, Ἀνδρίαν συγκρῖναι Φρονήσει. *Eustath.*

Ver. 732. —τίθει.] *Al.* τιθεῖ.

Ibid. —εὐρύοπα.] Vide suprà ad *α*, 175.

Ver. 734. —πόλεις.] *Al.* πολεῖς, *multos.*

Ibid. —μάλιστα δέ κ' αὐτὸς ἀνέγνω.] D^na^ *Dacier* vocem αὐτὸς, ad ipsum *Jovem* refert. Rectiùs, ut opinor, *Eustathius*: Τῆς μὲν (Ἀνδρίας,) τὸ σεμνὸν ἐχούσης ἄλλους ἐν τῷ σώζειν ἑτέρους, ——— · τῆς δὲ Νοήσεως, κἂν μή τινας ἔχῃ σώζειν, ἡμᾶς οὔτως αὐτάρκως ἐχούσης, διὰ τὸ αὐτῆς γνωστικόν.

Ver. 735. —ἄριστα.] *Al.* ἄριστον.

Ver. 736. —δέδηε.] *Flagrat*; non, *flagrabat*. Nam *præteritum* istud (quod appellant Grammatici) *perfectum*, semper indicat *præsens Tempus* rei perfectæ: Ideóque à Græcis aptè appellatur παρακείμενος· quia *Tempori* isti, quo aliquid rerum *fiat*, *adjacet* nimirùm *Tempus* quo id *factum* demùm *sit*. Vide suprà ad *α*, 37.

Ver. 737. —Τρῶες δὲ.] *Al.* Τρῶες δή. Sed nihil opus. Vide ad *α*, 51.

Ver. 741. Ἔνθεν δ' ἄν.] Ἔνθεν δ' αὖ, MS à *Th. Bentleio* collatus.

Ver. 745. —μὴ τὸ χθιζὸν ἀποστήσωνται Ἀ-

Χρεῖος, ἐπεὶ παρὰ νηυσὶν ἀνὴρ ἆτος πολέμοιο
Μίμνει, ὃν οὐκέτι πάγχυ μάχης σχήσεσθαι ὀΐω.
Ὣς φάτο Πουλυδάμας· ἅδε δ' Ἕκτορι μῦθος ἀπήμων·
Αὐτίκα δ' ἐξ ὀχέων σὺν τεύχεσιν ἆλτο χαμᾶζε·
Καί μιν φωνήσας, ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Πουλυδάμα, σὺ μὲν αὐτοῦ ἐρύκακε πάντας ἀρίστους·
Αὐτὰρ ἐγὼ κεῖσ' εἶμι, καὶ ἀντιόω πολέμοιο·
Αἶψα δ' ἐλεύσομαι αὖτις, ἐπὴν εὖ τοῖς ἐπιτείλω.
Ἦ ῥα, καὶ ὡρμήθη, ὄρεϊ νιφόεντι ἐοικώς,

" Debitum; quoniam apud naves vir insatiabilis pugnæ
" Manet, quem non ampliùs omninò à pugnâ cessaturum puto.
Sic dixit Polydamas: Placuit autem Hectori consilium tutum:
Continuò igitur è curribus cum armis desiliit in terram,
Et eum editâ-voce verbis velocibus allocutus est;
" Polydama, tu quidem hîc retine omnes fortissimos:
" At ego illuc ibo, & occurram prælio:
" Protinùs autem revertar, postquam diligentèr illis mandata-dedero.
Dixit; & impetu-facto-abiit, monti nivoso similis,

Ἀχαιοὶ Χρεῖος.] Vulgati habent ἀποτίσωνται. Sed *Barnesius* ex *Eustathio* edidit, ἀποστήσωνται· ejusque rei rationem ita reddit. "*Editiones Basileensis & Romana Eustathii*, τὸ ἀποστήσωνται *apertè præferunt, in Textu pariter & in παρεκβολαῖς. Eustathius*, fol. 937, lin. 16; & fol. 938, lin. 48; Τὸ δὲ, ἀποστήσωνται τὸ χθιζὸν χρέος, τινὲς μὲν γράφουσιν ἀποτίσωνται· οὐκ ἀρέσκονται δὲ οἱ σοφοὶ, ἀλλὰ θέλουσιν εἶναι ἀποστήσωνται, ἀντὶ τοῦ ἀποσταθμήσωσιν, ἤγουν σταθμῷ ἀποδώσωσιν ἢ λήψονται. *Eandem lectionem τοῦ ἀποστήσωνται repetit*, fol. 950, lin. 18. *Ita Iliad.* χ', 350; Στήσωσ' ἐνθάδ' ἄγοντες ἄποινα. *Ita* ω', 232, Χρυσοῦ δὲ στήσας ἔφερεν δέκα πάντα τάλαντα· *Ubi Eustathius*, fol. 1479. lin. 29, Τὸ δὲ στήσας, ἀντὶ τοῦ σταθμίσας, ὡς πρὸς ἀκρίβειαν, ἵνα μὴ φάσηται τοῦ σταθμοῦ τυχὸν ἐφευρεθείς· Ἐκ τούτου δὲ, καὶ προκείμενον, τὸ, χθιζὸν ἀποστήσωνται χρεῖος, ὡς προειρημένον· Καὶ, μεταστῆσαι, ἐν Ὀδυσσείᾳ, τὸ μεταλλάξαι εἴρηται μεταφορικῶς, Odyss. δ', 612. *Hesychius*, Ἀποστήσωνται, ἀποκομίσωνται· σταθμῷ γὰρ ἀπεδίδοσαν. ——— *Harpocration*, Ἀποστατοῦμεν, ἀντὶ τοῦ, προσστατοῦμεν παρακαλοῦντα· Δημοσθένης. *Idem ferè Brev. Scholia*, [ὥσπερ σταθμῷ δεδανεικότες.] *Et Etymolog. magn.* voce Στατήρ· ——— τὸ γὰρ ἀποστήσωνται, ἀντὶ τοῦ, ἀποτίσωσιν." His adde *Porphyrium. Ζητήμ. Ὁμηρικ.* 25; Κίχρη τῷ ἀπὸ τοῦ σταθμοῦ διακεῖσθαι, καὶ ἐπὶ τοῦ, " Δεῖσε μὴ τὸ χθιζὸν ἀποτίσωνται [ita *Editi*, " sed necesse est scripserit *Porphyrius* ἀποστήσωνται] Ἀχαιοὶ χρεῖος." ———ὡς ἐν ζυγῷ ἴσοι στήσωσι, καὶ ἀπομετρήσωσι ὄφλημα, ———στήσαντες τὸ χρέος. Porrò, *medio in vocabulo* ἀποτίσωνται, non rectè producitur istud ι. Denique licèt eandem in sententiâ vim habeat horum vocabulorum utrumque; tamen facilius creditu est, verbum usitatius ἀποτίσωνται, ex inusitatiori ἀποστήσωνται ortum esse, quàm è contrario ex usitatiori inusitatius. Veruntamen judicet Lector eruditus.

Ver. 746. —παρὰ νηυσὶν ἀνὴρ ἆτος.] Vide suprà ad *ver.* 324.

Ver. 748. —ἅδε.] *Al.* ἥδε. Sed hoc, leviculum.

Ver. 749. —ἐξ ὀχέων.] Sunt qui Poëtam hîc reprehendant, tanquam oblitum mandatorum quæ suprà memoraverat, μ', 81--85. Sed facilè intelligi potest, *Hectoris* currum, post effractas fores, exuperatumque murum atque vallum, eum interjecto aliquo intervallo ita secutum, ut tamen plerunque staret ὄπιθεν μάχης ἠδὲ πτολέμοιο, ξ', 430. Reliqui certè currus, extra murum atque vallum usque permanebant, (ο', 3;) Ut rectè annotavit *Popius*.

Ibid. —ἆλτο χαμᾶζε.] Vide suprà ad γ', 29.

Ver. 754. —ὄρεϊ νιφόεντι.]

———Tanaimque nivalem.

Virg. Georg. IV, 517.

Similitudo hîc desumpta, partim ex corporis proceritate & robore, partim ex galeæ splendore, & albitudine cristæ. Cæterùm, quâ ratione ὄρεϊ hîc ultimam producat; item Ἀλέξανδρον, *ver.* 766; vide suprà ad α', 51. Denique, quâ analogiâ vox νιφόεντι, quæ primam corripit, deducta sit ex νίφειν, quæ primam *producit*; vide suprà ad α', 338; & ad μ', 280.

Κεκληγὼς, διὰ δὲ Τρώων πέτετ', ἠδ' ἐπικούρων.
Οἳ δ' ἐς Πανθοΐδην ἀγαπήνορα Πουλυδάμαντα
Πάντες ἐπεσσεύοντ', ἐπεὶ Ἕκτορος ἔκλυον αὐδήν.
Αὐτὰρ ὁ Δηΐφοβόν τε, βίην θ' Ἑλένοιο ἄνακτος,
Ἀσιάδην τ' Ἀδάμαντα, καὶ Ἄσιον Ὑρτάκου υἱὸν,
Φοίτα ἀνὰ προμάχους διζήμενος, εἴ που ἐφεύροι·
Τοὺς δ' εὗρ' οὐκέτι πάμπαν ἀπήμονας, οὐδ' ἀνολέθρους·
Ἀλλ' οἱ μὲν δὴ, νηυσὶν ἀπὸ πρύμνῃσιν Ἀχαιῶν,
Χερσὶν ὑπ' Ἀργείων κέατο ψυχὰς ὀλέσαντες·
Οἱ δ' ἐν τείχει ἔσαν βεβλημένοι, οὐτάμενοί τε.
Τὸν δὲ τάχ' εὗρε μάχης ἐπ' ἀριστερὰ δακρυοέσσης
Δῖον Ἀλέξανδρον, Ἑλένης πόσιν ἠϋκόμοιο,
Θαρσύνονθ' ἑτάρους, καὶ ἐποτρύνοντα μάχεσθαι·
Ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος προσέφη αἰσχροῖς ἐπέεσσι·
Δύσπαρι, εἶδος ἄριστε, γυναιμανὲς, ἠπεροπευτὰ,
Ποῦ τοι Δηΐφοβός τε, βίη θ' Ἑλένοιο ἄνακτος,
Ἀσιάδης τ' Ἀδάμας, ἠδ' Ἄσιος Ὑρτάκου υἱός;
Ποῦ δέ τοι Ὀθρυονεύς; νῦν ὤλετο πᾶσα κατ' ἄκρης

Inclamans, perque Trojanos volabat, & *per* socios.
Hi autem ad Panthoïdem fortitudinis-amantem Polydamanta
Omnes ocyùs-accurrebant, simulac Hectoris audierunt vocem.
At *Hector* Deiphobúmque, vimque Heleni regis,
Asiadémque Adamanta, & Asium Hyrtaci filium,
Itabat per primos-pugnatores quærens, sicubi invenire-posset.
Hos autem invenit non jam prorsus illæsos, neque inextinctos:
Sed hi quidem jam, navium ad puppes Achivorum,
Sub manibus Argivorum jacebant animabus deperditis:
Alii autem in muro erant eminùs cominúsque vulnerati.
Verùm statim invenit pugnæ ad sinistram lachrymosæ
Nobilem Alexandrum, Helenæ maritum pulchræ-comas,
Animos-addentem sociis, & incitantem ad pugnam:
Propè autem stans, *eum* allocutus est probrosis verbis;
" Infauste-Pari, formâ præstantissime, mulierose, deceptor,
" Ubi tibi Deïphobúsque, visque Heleni regis,
" Asiadésque Adamas, atque Asius Hyrtaci filius?
" Ubi verò & Othryoneus; nunc periit tota à culmine

Ver. 757. —αὐδήν.] *Al.* αὐδῆς.

Ver. 758. (& infrà, *ver.* 770,) —βίην θ' Ἑλένοιο.] Simili planè loquendi ratione, ac, in linguis Recentioribus, *regia majestas* ipse scilicet *Rex* est, & *divinitas* ipse *Deus*.

Ver. 759. —Ἀδάμαντα.] Vide suprà ad *ver.* 560.

Ver. 761. —οὐδ' ἀνολέθρους.] Ἡ ἀπόφασις τῇ καταφάσει πολὺ τὸ μὲν ἴσον δύναται, πολὺ δὲ τὸ πλέον. *Hermogenes* περὶ μεθόδου δεινότητος, *c.* 37. Vide suprà ad ά, 330.

Ver. 766. —Ἑλένης πόσιν ἠϋκόμοιο.] Vide suprà ad ή, 355.

Ver. 767. Θαρσύνονθ'.] Vide infrà ad *ver.* 823.

Ver. 769. Δύσπαρι.] Vide suprà ad γ', 39.

Ver. 771. —Ἀδάμας.] Vide suprà ad *ver.* 560.

Ver. 772. —νῦν ὤλετο πᾶσα κατ' ἄκρης.] *Al.* κατὰ κρῆς.

———ruit alto à culmine Troja.
Æn. II, 290.

———sternitque à culmine Trojam.
Ibid. 603.

Ἴλιος αἰπεινή· νῦν τοι σῶς αἰπὺς ὄλεθρος.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπεν Ἀλέξανδρος θεοειδής·
Ἕκτορ, ἐπεί τοι θυμὸς ἀναίτιον αἰτιάασθαι,
Ἄλλοτε δήποτε μᾶλλον ἐρωῆσαι πολέμοιο
Μέλλω, ἐπεὶ οὐδ' ἐμὲ πάμπαν ἀνάλκιδα γείνατο μήτηρ·
Ἐξ οὗ γὰρ παρὰ νηυσὶ μάχην ἤγειρας ἑταίρων,
Ἐκ τοῦδ' ἐνθάδ' ἐόντες ὁμιλέομεν Δαναοῖσι
Νωλεμέως· ἕταροι δὲ κατέκταθεν, οὓς σὺ μεταλλᾷς·
Οἴω Δηΐφοβός τε, βίη θ' Ἑλένοιο ἄνακτος,
Οἴχεσθον, μακρῇσι τετυμμένω ἐγχείῃσιν,
Ἀμφοτέρω κατὰ χεῖρα· φόνον δ' ἤμυνε Κρονίων.
Νῦν δ' ἄρχ', ὅππῃ σε κραδίη θυμός τε κελεύει·
Ἡμεῖς δ' ἐμμεμαῶτες ἅμ' ἑψόμεθ', οὐδέ τί φημι

" Ilios alta; nunc te certa *manet* gravis pernicies.
Illum autem vicissim allocutus est Alexander divinâ-formâ-præditus;
" Hector, quoniam tibi animus *est* insontem culpare,
" Aliàs forte magis cessare à prælio
" Potuerim, cum neque me prorsus imbellem genuerit mater:
" Ex quo enim apud naves pugnam suscitâsti sociorum,
" Ex eo hic permanentes congredimur cum Danaïs
" Indesinenter: socii autem cæsi sunt *ii*, quos tu requiris.
" Duo-soli, Deiphobúsque, vísque Heleni regis,
" Abierunt, longis saucii hastis,
" Ambo manum; cædem autem arcebat Saturnius.
" Nunc vero duc, quò te cor animúsque jubeat:
" Nos enim paratissimis-animis sequemur, neque omninò puto

Ver. 775 —ἀναίτιον αἰτιάασθαι.] Malè hîc *Eustathius*: Σημείωσαι, ὅτι οὐδὲ ὁ τῷ Ἀχιλλεῖ ἤπιος αἰδέσιμον τὸν Ἕκτορα, εἶπε καὶ αὐτὸς "τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο·" λ', 653. Istud enim revera erat *Achillis* ἦθος· "Οὐ γάρ τι γλυκύθυμος ἀνὴρ ἦν, οὐδ' ἀγανόφρων, "Ἀλλὰ μάλ' ἐμμεμαώς·" υ', 467. At *Hector* ubique indole atque ingenio *mansuetus*, & γλυκύθυμος describitur; licèt *Paridem*, in re & loco opportuno, acriùs nonnunquam, non sine causâ reprehenderit. Quare multo adhuc pejùs Dna *Dacier*, & *Popius*; qui *Hectorem* hîc *injustum*, *violentum*, & *iracundum* depingunt: Ac si ipse suâ in oppugnandis Achivorum munitionibus temeritate & pertinaciâ, fortissimos Suorum perdidisset; quorum mortem *Paridi*, non tam ut ignavo quidem & imbelli, (quanquam is & hâc in parte à reprehensione non abfuit,) quàm ut primæ malorum causæ atque auctori, exprobraret.

Ver. 776. —ἐρωῆσαι πολέμοιο.] MS à *Th. Benthio* collatus, ἐρωῆσαι πολέμοιο. Vir doctissimus *Henr Stephanus*, propter præcedentem syllabam longam scribendum hîc contendit πτολέμοιο. Ipse tamen, ut rectè observavit *Berglerus*, edidit, ὁμοιΐου πολέμοιο, ό, 670. Atque in πόλις πτολίεθρον, & similibus, post syllabam alioqui positione longam, sæpè abundat litera, gravioris Soni causâ. Quod idem in περὶ pro πολὶ frequenter factum, *Stephanus* ipse judicio candido hunc ad locum observavit.

Ver. 777. Μέλλω, ἐπεὶ οὐδ'.] Pronuntiabatur ἐπ' οὐδ' vel ἐπούδ', duabus syllabis. Vide suprà ad έ, 349; & ad ί, 533.

Ver. 778. Ἐξ οὗ γάρ.] Refertur istud, γὰρ, ad id quod elegantissimè reticetur. *Aliàs fortè culpandus fuerim; At Nunc certè in reprehensionem non incurri: NAM ex quo*---.

Ver. 781. —βίη θ' Ἑλένοιο.] Vide suprà ad *ver.* 758.

Ver. 785. —ἐμμεμαῶτες.] Vide suprà ad *ver.* 46. Item ad ά, 265; ad β', 818; ad ζ', 464.

Ibid. —οὐδέ τι.] *Al.* οὐδέ τε. *Al.* οὐδ' ἔτι.

Ἀλκῆς δευήσεσθαι, ὅση δύναμίς γε πάρεστι·
Πὰρ δύναμιν δ' οὐκ ἔστι καὶ ἐσσύμενον πολεμίζειν.
Ὣς εἰπὼν παρέπεισεν ἀδελφειοῦ φρένας ἥρως·
Βὰν δ' ἴμεν, ἔνθα μάλιστα μάχη καὶ φύλοπις ἦεν,
Ἀμφί τε Κεβριόνην, καὶ ἀμύμονα Πουλυδάμαντα,
Φάλκην, Ὀρθαῖόν τε, καὶ ἀντίθεον Πολυφοίτην,
Πάλμυν τ', Ἀσκάνιόν τε, Μόρυν θ' υἷ' Ἱπποτίωνος·
Οἵ ῥ' ἐξ Ἀσκανίης ἐριβώλακος ἦλθον ἀμοιβοὶ
Ἠοῖ τῇ προτέρῃ· τότε δὲ Ζεὺς ὦρσε μάχεσθαι.
Οἱ δ' ἴσαν, ἀργαλέων ἀνέμων ἀτάλαντοι ἀέλλῃ,
Ἥ ῥά θ' ὑπὸ βροντῆς πατρὸς Διὸς εἶσι πέδονδε,
Θεσπεσίῳ δ' ὁμάδῳ ἁλὶ μίσγεται, ἐν δέ τε πολλὰ

" Virtutem *te* desideraturum, quantum quidem *in nobis* virium fuerit:
" Ultra vires autem non licet, quantumvis cupido, pugnare.
Sic fatus, flexit fratris animam heros:
Perrexerunt autem ire, ubi maximè pugna & prælium erat;
Ubi erat Cebrionésque, & eximius Polydamas,
Phalces, Orthæúsque, & divinus Polyphœtes,
Palmysque, Ascaniúsque, Morysque, filii [*vel* filius] Hippotionis;
Qui ex Ascaniâ glebosâ venerant suis-vicibus
Die præcedenti; tunc verò Jupiter *eos* impulit ad pugnam.
Hi autem ibant, vehementium ventorum similes turbini,
Qui ex tonitru patris Jovis ingruit in campum,
Immanique cum tumultu mari miscetur, in*surgúnt*que multi

Ver. 787. —πολεμίζειν.] *Stephanus*, πτολεμίζειν. Vide suprà ad *ver.* 776.

Ver. 789. Βὰν δ' ἴμεν, ἔνθα μάλιστα]

——ruit ad ——ubi plurima fuso
Sanguine terra madet, stridentque hastilibus auræ. *Æn.* XII, 690.

Ver. 792. —υἷ' Ἱπποτίωνος.] Vulgati habent, υἷε Ἱπποτίωνος. Sed scribendum, ut opinor, cum *Barnesio*, aut υἷ', aut υἷε· nè syllaba videlicet circumflexa corripiatur. *Strabo* citat,

——υἷεν Ἱπποτίωνος,
Μυσῶν ἀγχεμάχων ἡγήτορε ——.
Lib. 12. *p.* 847. al. 565.

Quo magis mireris *Barnesii* levitatem; qui, quoniam alibi legerat Μόρυν τε καὶ Ἱπποτίωνα κατέκτα, Ξ, 514, " *in eodem* Versu & " Fato, *ut* Fratres *potiùs quàm ut* Filium " & Patrem " conjunctos; ideò & hîc, pro Μόρυν θ' υἷ' Ἱπποτίωνος, scribendum existimavit Μόρυν τε καὶ Ἱπποτίωνα. Quasi verò *Pater & Filius* non tam *interfici simul* potuerint, quàm *bini Fratres*.

Ver. 793. Οἵ ῥ' ἐξ.] *Strabo*, loco jam citato, legit Οἵ γ' ἐξ. Quæ, quantum ex analogiâ quidem judico, & probabilior est Lectio.

Ibid. —ἀμοιβοί.] Διαδοχῇ τινι βοηθείας· ——πολέμου διάδοχοι, τοῖς προτέροις ἴσοι. ——Ἢ ἀμειβόμενοι Πρίαμον, ὑπὲρ ἂν αὐτὸς ἐπικουρήσοι τοῖς Φρυξί ποτε, ὡς ἐν τῇ γ' ῥαψῳδίᾳ εἴρηται. *Eustath.*

Ver. 795. —ἀργαλέων ἀνέμων ἀτάλαντοι ἀέλλῃ, —] Ἐπαινεῖται καὶ ἐνταῦθα παραβολὴ ἐν τοῖς μάλιστα· ——δηλοῖ δὲ ——τὴν πολλὴν, καὶ σφοδρὰν, καὶ συνεχῆ, καὶ μετὰ ἤχου τῶν πολεμίων ἐπέλευσιν. *Eustath.*

Ver. 796. Ἥ ῥά θ' ὑπὸ βροντῆς.] Σὺν ἀστραπῇ βροντῇ· *Eustath.* Ἀντὶ τοῦ, μετὰ βροντῆς· *Schol.* Quod si verum est, quidni (obsecro) & *scribere* potuisset Homerus, Ἥ ῥα μετὰ βροντῆς ——? At, ὑπὸ βροντῆς, indicat turbinem (secundum Poëtæ sententiam) vel ex tonitru, vel ex nube atque eâdem utique origine ac tonitru ipsum, natum.

Ver. 797. —ἐν δέ τε πολλά.] *Al.* ἔνθα τε πολλά. Quod & laudat *Barnesius*. Sed minùs rectè. Meliùs enim indicat vulgata Lectio fluctus ex turbine, qui hîc *jam* describitur, oriundos.

Κύματα παφλάζοντα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,
Κυρτὰ, φαληριόωντα, πρὸ μέν τ' ἄλλ', αὐτὰρ ἐπ' ἄλλα·
Ὣς Τρῶες πρὸ μὲν ἄλλοι ἀρηρότες, αὐτὰρ ἐπ' ἄλλοι
Χαλκῷ μαρμαίροντες ἅμ' ἡγεμόνεσσιν ἕποντο·
Ἕκτωρ δ' ἡγεῖτο, βροτολοιγῷ ἶσος Ἄρηϊ,
Πριαμίδης· πρὸ ἕθεν δ' ἔχεν ἀσπίδα πάντοσε ἴσην,
Ῥινοῖσιν πυκινήν· πολλὸς δ' ἐπελήλατο χαλκός·
Ἀμφὶ δέ οἱ κροτάφοισι φαεινὴ σείετο πήληξ.
Πάντη δ' ἀμφὶ φάλαγγας ἐπειρᾶτο προποδίζων,
Εἴπως οἱ εἴξειαν ὑπασπίδια προβιβῶντι.
Ἀλλ' οὐ σύγχει θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν.
Αἴας δὲ πρῶτος προκαλέσσατο, μακρὰ βιβάσθων·
Δαιμόνιε, σχεδὸν ἐλθέ· τίη δειδίσσεαι οὕτως
Ἀργείους; οὔτοι τι μάχης ἀδαήμονές εἰμεν,
Ἀλλὰ Διὸς μάστιγι κακῇ ἐδάμημεν Ἀχαιοί.
Ἦ θήν πού τοι θυμὸς ἐέλπεται ἐξαλαπάξειν

Fluctus æstuantes multo-strepitu-resonantis maris,
Tumidi, spumâ-albescentes, antè quidem alii, ac deinceps alii:
Sic Trojani, antè quidem alii stipati, post etiam alii,
Ære coruscantes cum ducibus sequebantur:
Hector verò præibat, hominum-perniciei par Marti
Priamides; & ante se tenebat scutum undique æquale,
Pellibus densum; multum autem super-inductum-erat æs:
Circúmque ejus tempora fulgens quassabatur cassis.
Quoquoversùm verò circum phalangas tentabat pedem-inferens,
Si quo-modo sibi cederent sub clypeo-progredienti:
Sed non conturbabat animum in pectoribus Achivorum.
Ajax autem primus provocavit, magnis passibus gradiens;
" O bone, propiùs-accede: cur territas ità
" Argivos? nequaquam pugnæ imperiti sumus,
" Sed Jovis flagello pernicioso domiti sumus Achivi.
" Sanè quidem tibi animus sperat direpturum te esse

Ver. 798. Κύματα παφλάζοντα, ——φαληριόωντα, πρὸ μέν τ' ἄλλ', αὐτὰρ ἐπ' ἄλλα.] Ἐν πᾶσι, τὸ ἐνέργειαν ποιεῖν, εὐδοκιμεῖ. ——ποιεῖ δὲ ἐν τοῖς εὐδοκιμούσαις εἰκόσιν ἐπὶ τῶν ἀψύχων ταῦτα·

Κυρτὰ, φαληριόωντα, πρὸ μέν τ' ἄλλ', αὐτὰρ ἐπ' ἄλλα.

Κινούμενα γὰρ, καὶ ζῶντα, ποιεῖ πάντα. [ubi notandum *Aristotelem* voce mediâ, κινούμενα, eas propriè dixisse res, quæ *se* ipsæ *moveant:*] *Rhetoric. lib.* 3. *c.* 11. Cæterùm de eo artificio, quo Poëta versûs sui numeros, verborumque ipsorum Sonum, ad rei dicendæ naturam exegerit; vide suprà ad γ', 363.

Ver. 803. Πριαμίδης.] Vide suprà ad α', 398.

Ibid. —πρὸ ἕθεν.] *Al.* πρόσθεν.

Ver. 805. —κροτάφοισι φαεινὴ σείετο πήληξ.] Ὅθεν ἴσως καὶ "κορυθαίολος" καὶ "κορυθάϊξ" λέγεται· *Eustath.* Id quod cum *Porphyrio* facit, qui αἰόλον non *varium*, sed *mobile*, semper significare contendit. Vide suprà ad β', 816.

Ver. 809. —βιβάσθων.] *Al.* βιβάζων.

Ver. 811. —οὔτοι τι μάχης ἀδαήμονές εἰμεν, Ἀλλὰ Διὸς μάστιγι.]

——non me tua fervida terrent
Dicta, ferox: Dii me terrent, & Jupiter hostis.

Æn. XII, 894.

Ver. 814

Νῆας, ἄφαρ δέ τε χεῖρες ἀμύνειν εἰσὶ καὶ ἡμῖν.
Ἦ κε πολὺ φθαίη εὖ ναιομένη πόλις ὑμὴ
Χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν ἁλοῦσά τε, περθομένη τε.
Σοὶ δ' αὐτῷ φημὶ σχεδὸν ἔμμεναι, ὁππότε φεύγων
Ἀρήσῃ Διὶ πατρὶ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι,
Θάσσονας ἰρήκων ἔμμεναι καλλίτριχας ἵππους,
Οἵ σε πόλινδ' οἴσουσι, κονίοντες πεδίοιο.
Ὣς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις,
Αἰετὸς ὑψιπέτης· ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς Ἀχαιῶν,
Θάρσυνος οἰωνῷ· ὁ δ' ἀμείβετο φαίδιμος Ἕκτωρ·
Αἶαν ἁμαρτοεπὲς, βουγάϊε, ποῖον ἔειπες;
Αἲ γὰρ ἐγὼν οὕτω γε Διὸς παῖς Αἰγιόχοιο
Εἴην ἤματα πάντα, τέκοι δέ με πότνια Ἥρη,
Τιοίμην δ' ὡς τίετ' Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων·
Ὡς νῦν ἡμέρη ἥδε κακὸν φέρει Ἀργείοισι
Πᾶσι μάλ'· ἐν δὲ σὺ τοῖσι πεφήσεαι, αἴκε ταλάσσῃς
Μεῖναι ἐμὸν δόρυ μακρὸν, ὅ τοι χρόα λειριόεντα
Δάψει· ἀτὰρ Τρώων κορέεις κύνας ἠδ' οἰωνοὺς

" Naves; in-promptu autem manus ad repellendum sunt & nobis.
" Ac sanè longè antè bene-habitata urbs vestra
" Manibus nostris captáque, excisáque erit.
" Tibi verò ipsi aio *tempus* instare, quando fugiens
" Supplicabis Jovi patri & aliis immortalibus,
" Velociores accipitribus ut sint *tui* jubis-pulchris-comantes equi,
" Qui te ad urbem ferant, pulverem-excitantes per campum.
Sic ei locuto supervolavit dextra avis,
Aquila altivolans; acclamavit autem populus Achivorum,
Confirmatus augurio: At respondit tamen illustris Hector;
" Ajax blatero, ingens-&-hebes, quid dixisti?
" Utinam enim ego ità sanè Jovis filius Ægicchi
" Essem dies omnes, peperissétque me veneranda Juno,
" Honorarer autem sicut honoratur Minerva & Apollo:
" Ut jam dies hæc malum fert Argivis
" Omnibus prorsus; tuque inter illos occidêris, si ausus fueris
" Manere meam hastam longam, quæ tibi corpus tenerum
" Lacerabit: Ac Trojanorum saturabis canes & alites

Ver. 814. —ἄφαρ δέ τε χεῖρες ἀμύνειν εἰσὶ καὶ ἡμῖν.]
——————totidem nobis animæque manusque. *Æn.* X, 376.

Ver. 815. —ὑμή.] *Al.* ὕμμιν.

Ver. 818. —ἀθανάτοισι.] Vide suprà ad *ά*, 398.

Ver. 819. —ἰρήκων.] Vide suprà ad *ver.* 62.

Ver. 823. Θάρσυνος οἰωνῷ.] Quâ analogiâ vox θάρσυνος, quæ mediam *corripit*, deducta sit ex θαρσύνω, quæ eandem *producit*; vide suprà ad *ά*, 338; & ad *μ'*, 280.

Ver. 824. —ἁμαρτοεπές.] *Impropria & supervacua effutiens.* Cujus contrarium, εὐ ἀφαμαρτοεπής, *γ'*, 215, ita reddit Quintilianus; *propriam, (id enim est, non errare verbis,) & carentem supervacuis eloquentiam.* Lib. 12, cap. 10.

Ver. 828. —φέρει.] *Al.* φέρει.

Ver. 831. —Τρώων κορέεις κύνας ἠδ' οἰωνούς.] *Al.* κορέσεις.

Δημῷ καὶ σάρκεσσι, πεσὼν ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.
Ὣς ἄρα φωνήσας ἡγήσατο· τοὶ δ' ἅμ' ἕποντο
Ἠχῇ θεσπεσίῃ, ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς ὄπισθεν·
Ἀργεῖοι δ' ἑτέρωθεν ἐπίαχον, οὐδ' ἐλάθοντο
Ἀλκῆς, ἀλλ' ἔμενον Τρώων ἐπιόντας ἀρίστους·
Ἠχὴ δ' ἀμφοτέρων ἵκετ' αἰθέρα, καὶ Διὸς αὐγάς.

" Pinguedine & carnibus, prostratus ad naves Achivorum.
Sic utique locutus præibat: Illi verò simul sequebantur
Clamore *cum* immenso, acclamabant autem & copiæ à-tergo.
Sed & Argivi ex-alterâ-parte acclamabant, neque obliviscebantur
Fortitudinis, sed manebant Trojum invadentes fortissimos.
Clamor autem utrorumque pervenit-ad æthera, & Jovis lucidas-domos.

——canibus data præda Latinis,
Alitibusque jaces.—— *Æn.* IX, 485.

Ver. 837. —Διὸς αὐγάς.] *Barnesius* scribendum conjicit, αὐλάς· quia nimirùm, *Odyss.* Δ, 74, legitur Ζηνὸς ——αὐλή. Sed αὐλαί, in plurali, apud *Homerum* non occurrit.

ΤΗΣ.

ΤΗΣ

ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΟΣ

ΡΑΨΩΔΙΑ, ἢ ΓΡΑΜΜΑ, Ξ'.

Ὑπόθεσις τῆς ΟΜΗΡΟΥ Ῥαψῳδίας Ξ.

Ἀγαμέμνων συμπαραλαβὼν τοὺς τραυματίας, καὶ Νέστορα σὺν αὐτοῖς, ἔξεισιν ἐπὶ τὸν πόλεμον· Ἥρα δὲ, τὸν κεστὸν λαβοῦσα παρὰ τῆς Ἀφροδίτης, κατέρχεται· καὶ, τὸν Ὕπνον πείσασα, κοιμίζει τὸν Δία. Ποσειδῶν δὲ τοῖς Ἕλλησι βοηθεῖ, καὶ πολὺς φόνος γίνεται τῶν Τρώων. Αἴας δὲ λίθῳ βαλὼν Ἕκτορα πλήσσει· ὁ δὲ ἀναβαγὼν αἷμα, λειποψυχεῖ. Ἀριστεύει δὲ καὶ Αἴας, ὁ Λοκρός.

Ἐπιγραφαί.

Διὸς ἀπάτη.

Ἄλλως.

Ξῖ, Κρονίδην λεχέεσσι παρήπαφεν Ὕπνος, ἰδ' Ἥρη.

Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ, πίνοντά περ ἔμπης,
Ἀλλ' Ἀσκληπιάδην ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Φράζεο, δῖε Μαχᾶον, ὅπως ἔσαι τάδε ἔργα·
Μείζων δὴ παρὰ νηυσὶ βοὴ θαλερῶν αἰζηῶν.
Ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν πῖνε καθήμενος αἴθοπα οἶνον,
Εἰσόκε θερμὰ λοετρὰ ἐϋπλόκαμος Ἑκαμήδη
Θερμήνῃ, καὶ λούσῃ ἀπὸ βρότον αἱματόεντα·

Nestorem autem non fugit clamor, bibentem licèt;
Sed Asclepiadem verbis alatis allocutus est;
" Vide, nobilis Machaon, quomodo futura sint hæc opera:
" *Solito*-major sanè ad naves clamor florentium-ætate juvenum.
" Verùm tu quidem nunc bibe sedens nigrum vinum,
" Dum calida lavacra comas-pulchra Hecamede
" Calefaciat, & abluat tabum sanguinolentum:

Ver. 1. Νέστορα δ' —— πίνοντα.] Connectitur cum eo quod suprà narratum est, λ', 617, &c.

Ibid. —ἔλαθεν ἰαχή.] Quâ ratione, ἔλαθεν, hîc ultimam producat; item ἐϋπλόκαμος, *ver.* 6; & παμφαῖνον, *ver.* 11; vide suprà ad ά, 51.

Ver. 3. —τάδε ἔργα.] Cod. *Harleian.* à *Th. Bentleio* collatus, τόδε ἔργον.

Ver. 5. —καθήμενος.] *Al.* παρήμενος.

Ibid. —αἴθοπα οἶνον.] Vide suprà ad ά, 462.

Αὐτὰρ ἐγὼν ἐλθὼν τάχα εἴσομαι ἐς περιωπήν.
Ὣς εἰπὼν, σάκος εἷλε τετυγμένον υἷος ἑῆος,
Κείμενον ἐν κλισίῃ, Θρασυμήδεος ἱπποδάμοιο,
Χαλκῷ παμφαῖνον· ὁ δ' ἔχ' ἀσπίδα πατρὸς ἑοῖο.
Εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ·
Στῆ δ' ἐκτὸς κλισίης, τάχα δ' εἴσιδεν ἔργον ἀεικὲς,
Τοὺς μὲν ὀρινομένους, τοὺς δὲ κλονέοντας ὄπισθε
Τρῶας ὑπερθύμους· ἐρέριπτο δὲ τεῖχος Ἀχαιῶν.
Ὡς δ' ὅτε πορφύρῃ πέλαγος μέγα κύματι κωφῷ,
Ὀσσόμενον λιγέων ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα
Αὔτως, οὐδ' ἄρα τε προκυλίνδεται οὐδετέρωσε,
Πρίν τινα κεκριμένον καταβήμεναι ἐκ Διὸς οὖρον·
Ὣς ὁ γέρων ὥρμαινε, δαϊζόμενος κατὰ θυμὸν
Διχθάδι'· ἢ μεθ' ὅμιλον ἴοι Δαναῶν ταχυπώλων,
Ἠὲ μετ' Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα, ποιμένα λαῶν.
Ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι,

" At ego conſcenſâ actutùm cognoſcam ſpeculâ.
Sic fatus, ſcutum ſumpſit affabrè-factum filii ſui,
Jacens in tentorio, Thraſymedis equûm-domitoris.
Ære collucens; ille autem habebat clypeum patris ſui.
Sumpſit porrò & validam haſtam, præfixam acuto ære:
Stetitque extra tentorium; protinúſque inſpexit rem indignam,
Hos quidem turbatos, illos verò turbantes à-tergo,
Trojanos *utique* ferocientes: dirutus autem erat murus Achivorum.
Ut verò quum nigreſcit pelagus magnum undâ tacitâ,
Præſentiens ſtridulorum ventorum celeres motus
Nullo-effectu, neque videlicèt provolvitur in-hanc-vel-illam-partem,
Antequam aliquis certus deſcenderit à Jove ventus:
Sic ſenex *ſecum* agitabat, diſtractus animo
Biſariam; utrum in agmen iret Danaorum equitum-velocium,
An ad Atridem Agamemnonem, paſtorem populorum.
Sic autem ei cogitanti viſum eſt utilius eſſe,

Ver. 9. —ἑῆος.] *Al.* ἑοῖο. Nempe ex *ver.* 11, infrà. Haud ſatis venuſtè: Non enim auribus placent tres verſus perpetui, ὁμοιοτέλευτοι.

Ver. 11. —ὁ δ' ἔχ' ἀσπίδα πατρὸς ἑοῖο.] Πιθανῶς ὁ νέος εἰσῆκται, κεχρημένος τῇ χρυσῇ ἀσπίδι· προείρηκε γὰρ περὶ αὐτῆς ὁ Ποιητὴς, Θ', 191;

Ἀλλ' ἐπομαρτεῖτον, καὶ σπεύδετον· αἴκε λάβωμεν
Ἀσπίδα Νεστορέην, τῆς νῦν κλέος οὐρανὸν ἥκει,
Πᾶσαν χρυσείην ἔμμεναι, κανόνας τε καὶ αὐτήν. *Schol.*

Ubi notandum, αἴκε & ἥκει ſcriptum, pro eo quod vulgò legitur, ὄφρα & ἵκει.

Ver. 16. —ὅτε πορφύρῃ πέλαγος ——κύματι κωφῷ, ——Αὔτως.] De proſodiâ vocabulorum πορφύρειν & πορφύρεος, vide ſuprà ad ά, 338. Κύματι κωφῷ, illud eſt quod dicunt Latini, *cæco volvente fluctu.* Ceterùm de toto hoc loco *Scaliger*, erga Homerum plerunque iniquior: " Mirificè ſanè " Homerus *ſurdum* fluctum dicit, & colorem " tantùm aſſignat mari *purpureum*, non autem μαρμαρυγὰς, aut φλοῖσβον, aut σφαραγὴν, ut alibi. Et dixit, αὔτως· Latinè " dicas eleganter, *Tantum*; id eſt, *nihil* " *præterea.*" Poëtic. *lib.* 5. *cap.* 3.

Ver. 18. —οὐδετέρωσε.] *Al.* οὐδ' ἑτέρωσε.

Ver. 19. —κεκριμένον.] Vide ſuprà ad ά, 309, 314.

Ver. 20. —δαϊζόμενος κατὰ θυμὸν Διχθάδι.]

Ver. 310. —μετέπειτα χολώσεαι.] *Al.* μετόπισθε κοτέσσεαι. Ut ά, 82, —μετόπισθεν ἔχει κότον. Et *Odyss.* ί, 147, Μήπως τοι μετόπισθε κοτέσσεται ἄλλος —————.

Ver. 312. —νεφεληγερέτα.] Vide suprà ad ά, 175.

Ver. 314. Νῶϊ δ', ἄγ'—.] Rectè hæc reprehendit *Plato de Republ. lib.* 3. Οὐ, μὰ τὸν Δία, οὔ μοι φαίνεται ἐπιτήδειον. Ἀλλ' εἴ πού τινες καρτερίαι πρὸς ἅπαντα καὶ λέγονται καὶ πράττονται ὑπὸ ἐλλογίμων ἀνδρῶν, θεατέον τε καὶ ἀκουστέον. Optimè etiam *Cicero*, de his quæ *ad Deos Humana transfulit* Homerus; *Mallem*, inquit, *Divina ad Nos.*

Ibid. —εὐνηθέντε.] *Al.* εὐνηθέντες.

Ver. 317. —ἠρασάμην.] Vocabulum hoc, quoniam *secundam* corripit, nequit deductum esse ex ἐράομαι, sed omninò ex ἔραμαι vel ἐράζομαι. Vide suprà ad ά, 67.

Ver. 318.

Ἣ τέκε Πειρίθοον, θεόφιν μήστωρ' ἀτάλαντον·
Οὐδ' ὅτε περ Δανάης καλλισφύρου Ἀκρισιώνης,
Ἣ τέκε Περσῆα, πάντων ἀριδείκετον ἀνδρῶν·
Οὐδ' ὅτε Φοίνικος κούρης τηλεκλειτοῖο,
Ἣ τέκε μοὶ Μίνω τε καὶ ἀντίθεον Ῥαδάμανθυν·
Οὐδ' ὅτε περ Σεμέλης, οὐδ' Ἀλκμήνης ἐνὶ Θήβῃ,
Ἥ ῥ' Ἡρακλῆα κρατερόφρονα γείνατο παῖδα·
Ἡ δὲ Διώνυσον Σεμέλη τέκε, χάρμα βροτοῖσιν.
Οὐδ' ὅτε Δήμητρος, καλλιπλοκάμοιο ἀνάσσης·
Οὐδ' ὁπότε Λητοῦς ἐρικυδέος, οὐδὲ σεῦ αὐτῆς·
Ὡς σέο νῦν ἔραμαι, καί με γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ.
Τὸν δὲ δολοφρονέουσα προσηύδα πότνια Ἥρη·
Αἰνότατε Κρονίδη, ποῖον τὸν μῦθον ἔειπες;
Εἰ νῦν ἐν φιλότητι λιλαίεαι εὐνηθῆναι
Ἴδης ἐν κορυφῇσι, τὰ δὲ προπέφανται ἅπαντα,
Πῶς κ' ἔοι, εἴ τις νῶϊ θεῶν αἰειγενετάων
Εὕδοντ' ἀθρήσειε, θεοῖσι δὲ πᾶσι μετελθὼν
Πεφράδοι; οὐκ ἂν ἔγωγε τεὸν πρὸς δῶμα νεοίμην,
Ἐξ εὐνῆς ἀνστᾶσα· νεμεσσητὸν δέ κεν εἴη.

" Quæ peperit Pirithoüm, diis consiliarium parem:
" Neque quandò Danaës pedibus-elegantis Acrisii-filiæ,
" Quæ peperit Perseum, omnium clarissimum virorum:
" Neque quando Phœnicis filiæ percelebris,
" Quæ peperit mihi Minoáque & diis-parem Rhadamanthyn:
" Neque quando Semeles, neque Alcmenes in Thebis;
" *Quarum* hæc quidem Herculem fortissimum peperit filium;
" At Bacchum Semele peperit, gaudium mortalibus.
" Neque quandò Cereris, comas-pulchræ reginæ:
" Nec quandò Latonæ gloriosæ, neque *quando* tui ipsius:
" Ut tui nunc amore-teneor, & me dulce desiderium capit.
Hunc autem dolos-struens allocuta est veneranda Juno;
" Importunissime Saturnie, quale verbum dixisti?
" Si nunc in amore cupis dormire
" Idæ in verticibus, hæc autem *loca* propatula-sunt omnia;
" Quomodò esset, si quis nos deorum sempiternorum
" Dormientes videret, diisque omnibus interveniens
" Indicaret? non equidem tuam ad domum redissem,
" E cubili cùm consurrexero: vituperabile certè esset.

Ver. 318. —ἀτάλαντον.] Vide suprà ad β, 627.

Ver. 320. —Περσῆα.] Quâ ratione, Περσῆα, hic ultimam producat; item ὁπότε, *ver.* 327; & ὑάκινθον, *ver.* 349; & δὲ, *ver.* 350; & ἱστάμενος, *ver.* 356; vide suprà ad α, 51.

Ver. 322. —Μίνω τε.] *Al.* Μίνωα.

Ver. 325. —Διώνυσον —χάρμα βροτοῖσιν.]

——Διώνυσον πολυγηθέα. *Hesiod.*

——Διώνυσον πολυγαθῆ. *Pindar.*

Adsit lætitiæ Bacchus dator——
Æn. I, 738.

Munera lætitiamque Dei. ——640.

Ver. 327. —ὁπότε.] *Al.* ὅτε περ. Ut *ver.* 319, & 323.

Ver. 329. —δολοφρονέουσα——Ἥρη.]

——læta dolis ——conjux.
Æn. VIII, 393.

—simulatâ mente locutam. *Æn.* IV, 105.

Ver. 335. —ἔγωγε.] *Al.* ἔπειτα.

Ἀλλ' εἰ δή ῥ' ἐθέλεις, καί τοι φίλον ἔπλετο θυμῷ,
Ἔστιν τοι θάλαμος, τόν τοι φίλος υἱὸς ἔτευξεν
Ἥφαιστος, πυκινὰς δὲ θύρας σταθμοῖσιν ἐπῆρσεν·
Ἔνθ' ἴομεν κίοντες, ἐπεί νύ τοι εὔαδεν εὐνή.
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς·
Ἥρη, μήτε θεῶν τόγε δείδιθι, μήτε τίν' ἀνδρῶν
Ὄψεσθαι· τοῖόν τοι ἐγὼ νέφος ἀμφικαλύψω,
Χρύσεον· οὐδ' ἂν νῶϊ διαδράκοι Ἠέλιός περ,
Οὗ τε καὶ ὀξύτατον πέλεται φάος εἰσοράασθαι.
Ἦ ῥα, καὶ ἀγκὰς ἔμαρπτε Κρόνου παῖς ἣν παράκοιτιν·
Τοῖσι δ' ὑπὸ Χθὼν δῖα φύεν νεοθηλέα ποίην,
Λωτόν θ' ἑρσήεντα, ἰδὲ κρόκον, ἠδ' ὑάκινθον
Πυκνὸν καὶ μαλακόν· ὃς ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἔεργε·
Τῷ ἔνι λεξάσθην, ἐπὶ δὲ νεφέλην ἕσσαντο
Καλήν, χρυσείην· στιλπναὶ δ' ἀπέπιπτον ἔερσαι.

" Sed si reverà vis, & tibi *hoc* gratum est animo;
" Est tibi thalamus, quem tibi dilectus filius fabricatus est
" Vulcanus, solidásque fores postibus aptavit:
" Illuc eamus dormituri: quandoquidem tibi placet concubitus.
Hanc autem respondens allocutus est nubes-cogens Jupiter;
" Juno, nec *tu* deorum hoc metue, nec quenquam hominum
" Visurum esse: talem tibi ego nubem circumfundam,
" Auream: neque nos per-*eam*-viderit nè Sol quidem,
" Cujus & acutissimum est lumen ad inspiciendum.
Dixit, & ulnis complexus est Saturni filius suam uxorem:
His autem subter Tellus divina summisit recentem herbam,
Lotúmque roscidum, & crocum, & hyacinthum
Densum & mollem; qui à terrâ *eos* altè elevabat.
Hoc in *toro* cubârunt, insupérque nubem sibi-induerunt
Pulchram, auream; lucidique decidebant rores.

Ver. 337. —ῥ'.] *Ut dixisti,*——.

Ver. 340. —εὔαδεν.] Vide suprà ad α', 37.

Ver. 341. —νεφεληγερέτα.] Vide suprà ad α', 175.

Ver. 346. —ἀγκὰς ἔμαρπτε.] *Al.* ἀγκὰς ἔλαζε.

——niveis hinc atque hinc ——lacertis
Cunctantem amplexu molli fovet.——
Æn. VIII, 387.

Fuerunt inter Grammaticos, qui ἀγκὰς ita acciperent, ac si *Accusativus* esset ab ἄγκη. Sed hoc nullo modo ferri potest. Nam Accusativum istum pluralem *primæ* (quam vocant) *Declinationis*, qui in linguâ *Doricâ* syllabam ας corripit, ignoravit planè *Homerus*. Vide suprà ad β', 43.

Ver. 347. —φύεν νεοθηλέα ποίην ——.] Hîc liquèt præcedentem totam fabulam, *VERIS* esse videlicet descriptionem; quo tempore *Idam* videre erat herbis florentem, & nubibus aureis identidem obductam. De cujusmodi ἀλληγορίαις, consulatur (si lubet) *Heraclides Ponticus*.

Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.
Tum *Pater* omnipotens fœcundis imbribus *Æther*
Conjugis in *gremium* lætæ descendit, & omnes
Magnus alit, magno commixtus corpore, fœtus.——
Parturit almus ager.—*Georgic.* II, 324.

Ἥρα μὲν νοεῖται ὁ ἀήρ, ἥπερ ἐστὶν ὑγρὰ οὐσία· ——Ζεὺς δὲ ὁ αἰθήρ, τουτέστιν ἡ πυρώδης καὶ θερμὴ οὐσία· ——Καὶ ἡ γῆ αὐτοῖς φύει τὰς πόας καὶ τὰ ἄνθη. *Dion. Halicarn.* περὶ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως, § 11.

Ver. 350. —λεξάσθην.] Vide suprà ad β', 515.

Ver. 351. —καλήν.] Vide suprà ad β', 43.

Ὣς ὁ μὲν ἀτρέμας εὗδε πατὴρ ἀνὰ Γαργάρῳ ἄκρῳ,
Ὕπνῳ καὶ φιλότητι δαμείς· ἔχε δ' ἀγκὰς ἄκοιτιν.
Βῆ δὲ θέειν ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν νήδυμος Ὕπνος,
Ἀγγελίην ἐρέων γαιηόχῳ Ἐννοσιγαίῳ·
Ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Πρόφρων νῦν Δαναοῖσι, Ποσειδάων, ἐπάμυνε,
Καί σφιν κῦδος ὄπαζε, μίνυνθά περ, ὄφρ' ἔτι εὕδει
Ζεύς· ἐπεὶ αὐτῷ ἐγὼ μαλακὸν περὶ κῶμα κάλυψα·
Ἥρη δ' ἐν φιλότητι παρήπαφεν εὐνηθῆναι.
Ὣς εἰπὼν, ὁ μὲν ᾤχετ' ἐπὶ κλυτὰ φῦλ' ἀνθρώπων·
Τὸν δ' ἔτι μᾶλλον ἀνῆκεν ἀμυνέμεναι Δαναοῖσιν.
Αὐτίκα δ' ἐν πρώτοισι μέγα προθορὼν ἐκέλευσεν·
Ἀργεῖοι, καὶ δ' αὖτε μεθίεμεν Ἕκτορι νίκην
Πριαμίδῃ, ἵνα νῆας ἕλῃ, καὶ κῦδος ἄρηται;
Ἀλλ' ὁ μὲν οὕτω φησὶ, καὶ εὔχεται, οὕνεκ' Ἀχιλλεὺς
Νηυσὶν ἐπὶ γλαφυρῇσι μένει κεχολωμένος ἦτορ·
Κείνου δ' οὔτι λίην ποθὴ ἔσσεται, εἴ κεν οἱ ἄλλοι
Ἡμεῖς ὀτρυνώμεθ' ἀμυνέμεν ἀλλήλοισιν.
Ἀλλ' ἄγεθ', ὡς ἂν ἐγὼν εἴπω, πειθώμεθα πάντες·
Ἀσπίδας, ὅσσαι ἄρισται ἐνὶ στρατῷ ἠδὲ μέγισται,

Sic quidem quietè dormiebat pater in Gargaro summo,
Somno & amore domitus, tenebátque in ulnis uxorem.
Perrexit verò currere ad naves Achivorum dulcis Somnus,
Nuncium allaturus terram-cingenti Neptuno:
Propè autem stans, verbis alatis *eum* allocutus est;
" Alacris nunc Danais, Neptune, auxiliare;
" Et ipsis gloriam præbe, parumper saltem, dum adhuc dormit
" Jupiter: quoniam ipsi ego mollem soporem circumfudi:
" Juno autem in amore *eum* decepit ut-dormiret.
Sic fatus, hic quidem abiit ad inclytas nationes hominum:
Neptunum autem adhuc magis impulit ad auxiliandum Danais.
Statim itaque *is* inter primos longè-prosiliens hortabatur;
" Argivi, etiámne rursus concedimus Hectori victoriam
" Priamidæ, ut naves capiat, & gloriam referat?
" At is quidem sic existimat, & gloriatur, quia Achilles
" Navibus in cavis manet iratus corde:
" Illius tamen non magnum desiderium erit, siquidem cæteri
" Nos *fortiter*-excitemur ad defendendum invicem.
" Sed agite, sicut ego dixero, obsequamur omnes:
" Clypeos, quotquot optimi *sunt* in exercitu & maximi,

Ver. 352. —ἀτρέμας εὗδε —— ὕπνῳ —— δαμείς.]
———placidumque petivit
———per membra soporem.
Æn. VIII, 405.

Ver. 361. —ἐπὶ κλυτὰ φῦλ' ἀνθρώπων.] *Ad Lemnios*, interpretatur Dna *Dacier*. Sed rationibus haud satis idoneis.

Ver. 364. —μεθίεμεν.] Cod. *Harleian.* μεθίετε.

Ver. 365—375. Πριαμίδῃ ——Πριαμίδην.] Vide suprà ad α, 398.

Ver. 366. —οὕνεκ' Ἀχιλλεύς.] Vide suprà ad ν, 324.

Ver. 368. —ποθή.] *Al.* πόθος.

Ver. 370. —ἐγών.] *Al.* ἐγώ.

Ver. 373.

Ἑσσάμενοι, κεφαλὰς δὲ παναιθῆσιν κορύθεσσι
Κρύψαντες, χερσίν τε τὰ μακρότατ' ἔγχε' ἑλόντες,
Ἴομεν· αὐτὰρ ἐγὼν ἡγήσομαι, οὐδέ τι φημὶ
Ἕκτορα Πριαμίδην μενέειν, μάλα περ μεμαῶτα.
Ὃς δέ κ' ἀνὴρ μενέχαρμος, ἔχει δ' ὀλίγον σάκος ὤμῳ,
Χείρονι φωτὶ δότω, ὁ δ' ἐν ἀσπίδι μείζονι δύτω.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα τοῦ μάλα μὲν κλύον, ἠδ' ἐπίθοντο.
Τοὺς δ' αὐτοὶ βασιλῆες ἐκόσμεον, οὐτάμενοί περ,
Τυδείδης, Ὀδυσσεύς τε, καὶ Ἀτρείδης Ἀγαμέμνων·
Οἰχόμενοι δ' ἐπὶ πάντας, ἀρήϊα τεύχε' ἄμειβον,
Ἐσθλὰ μὲν ἐσθλὸς ἔδυνε, χέρεια δὲ χείρονι δόσκον.
Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἕσσαντο περὶ χροῒ νώροπα χαλκὸν,
Βάν ῥ' ἴμεν· ἦρχε δ' ἄρα σφι Ποσειδάων ἐνοσίχθων,
Δεινὸν ἄορ τανύηκες ἔχων ἐν χειρὶ παχείῃ,
Εἴκελον ἀστεροπῇ· τῷ δ' οὐ θέμις ἐστὶ μιγῆναι
Ἐν δαῒ λευγαλέῃ, ἀλλὰ δέος ἰσχάνει ἄνδρας.
Τρῶας δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ἐκόσμεε φαίδιμος Ἕκτωρ.
Δή ῥα τότ' αἰνοτάτην ἔριδα πτολέμοιο τάνυσσαν

" *Nos* induti, capitáque fulgentibus galeis
" Tecti, manibúsque longissimas hastas tenentes,
" Eamus: ac ego quidem præibo; nec omninò opinor
" Hectorem Priamidem mansurum, admodum licèt animo-incitatum.
" Quicunque autem vir strenuus *est*, gestátque parvum scutum humero,
" Imbelliori viro det, ipse vero scutum majus subeat.
Sic dixit: Hi autem ei maximè auscultârunt, atque obsecuti sunt.
Atque hos *quidem* ipsi reges instruebant, vulnerati licèt,
Tydides, Ulysséśque, & Atrides Agamemnon:
Obeuntes autem *copias* omnes, martia arma commutabant;
Fortia quidem fortis induebat, deteriora autem imbelliori dabant.
Tum postquam induissent sibi circum corpus coruscum æs,
Perrexerunt ire: præibat verò eis Neptunus quassator-terræ,
Horrendum ensem longum habens in manu robustâ,
Similem fulguri: ei autem [*vel*, eo cum gladio] non fas est congredi
In pugnâ perniciosâ, sed metus *ejus solummodò* reprimit viros.
Trojanos verò ex-alterâ-parte instruebat illustris Hector.
Tum verò gravissimum certamen pugnæ intenderunt

Ver. 373. —χερσίν τε.] *Al.* χερσὶν δέ.
Ver. 375. —μεμαῶτα.] Vide suprà ad ν', 46.
Ver. 378. —ἄρα.] *Ut solent, ut par erat*, ———.
Ver. 382. —χέρεια.] *Al.* χέρηα.
Ibid. —δόσκον.] *Eustath.* Δόσκον, γράφουσιν οἱ ἀκριβέστεροι· τιθέασιν, ἐδίδουν οἱ βασιλεῖς. *Al.* δῶσκεν.
Ver. 383. —νώροπα χαλκὸν] Vide suprà ad β', 578.
Ver. 384. —ἄρα.] *Ut promiserat*, ——. *ver.* 374.

Ver. 386. Εἴκελον.] Ita *Barnesius*. Alii ἴκελον· quod primam corripit.
Ibid. —τῷ δ' οὐ θέμις ἐστὶ μιγῆναι Ἐν δαΐ.]
Non ut tela tamen, non ut contenderet arcum. *Æn.* XII. 815.
Ver. 387. —ἀλλὰ δέος ἰσχάνει ἄνδρας.] Maris nimirum murmurantis Strepitus, milites terrefecit. Ἐκλύσθη δὲ θάλασσα ποτὶ κλισίας τε νέας τε, *ver.* 392. Cæterùm quâ ratione, ἀλλὰ, hîc ultimam producat; item δὲ, *ver.* 402; & σάκος, *ver.* 405; vide suprà ad α', 51.

Κυανοχαῖτα Ποσειδάων, καὶ φαίδιμος Ἕκτωρ,
Ἤτοι ὁ μὲν Τρώεσσιν, ὁ δ' Ἀργείοισιν ἀρήγων.
Ἐκλύσθη δὲ θάλασσα ποτὶ κλισίας τε νέας τε
Ἀργείων· οἱ δὲ ξυνίσαν μεγάλῳ ἀλαλητῷ.
Οὔτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοάα προτὶ χέρσον,
Ποντόθεν ὀρνύμενον πνοιῇ Βορέω ἀλεγεινῇ·
Οὔτε πυρὸς τόσσος γε ποτὶ βρόμος αἰθομένοιο,
Οὔρεος ἐν βήσσῃς, ὅτε τ' ὤρετο καιέμεν ὕλην·
Οὔτ' ἄνεμος τόσσον γε ποτὶ δρυσὶν ὑψικόμοισιν
Ἠπύει, ὅστε μάλιστα μέγα βρέμεται χαλεπαίνων·
Ὅσση ἄρα Τρώων καὶ Ἀχαιῶν ἔπλετο φωνή,
Δεινὸν ἀϋσάντων, ὅτ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν.
Αἴαντος δὲ πρῶτος ἀκόντισε φαίδιμος Ἕκτωρ
Ἔγχει, ἐπεὶ τέτραπτο πρὸς ἰθύ οἱ, οὐδ' ἀφάμαρτε·
Τῇ ῥα δύω τελαμῶνε περὶ στήθεσσι τετάσθην,
Ἤτοι ὁ μὲν σάκεος, ὁ δὲ φασγάνου ἀργυροήλου·
Τώ οἱ ῥυσάσθην τέρενα χρόα· χώσατο δ' Ἕκτωρ,

Cærulea-crines Neptunus, & illustris Hector;
Hic quidem Trojanis, ille verò Achivis auxilians.
Inundavit autem mare ad tentoriáque navésque
Argivorum: hi autem congrediebantur ingenti *cum* clamore.
Neque maris unda tantum boat ad terram,
Ex ponto impulsa flatu Boreæ gravi:
Neque ignis tantus ad*fremit* crepitus ardentis,
Montis in saltibus, quando concitus-exardescit crematurus sylvam:
Neque ventus tantum in quercubus altè-comantibus
Insonat, qui maximè rapidùm fremit sæviens:
Quantus quidem Trojanorum & Achivorum erat clamor,
Horrendè vociferantium, quando in se invicem ruerent.
In Ajacem verò primus jaculatus est illustris Hector
Hastâ, quippe conversus erat rectà in ipsum; neque aberravit;
Sed eum percussit quà duo baltei circa pectora extensi erant,
Alter quidem scuti, alter verò ensis argenteis-clavis-distincti:
Atque hi *quidem* ei tutati sunt tenerum corpus: Iratus est autem Hector,

Ver. 390. Κυανοχαῖτα.] Vide suprà ad ά, 175.

Ver. 394, &c. Οὔτε θαλάσσης ———. Οὔτε πυρὸς ——, Οὔτ' ἄνεμος.]

Frigidus ut quondam sylvis immurmurat *Auster*,
Ut *mare* sollicitum stridet refluentibus undis,
Æstuat ut clausis rapidus fornacibus *ignis*. *Georgic.* IV, 261.

Ibid. —προτὶ —— ποτὶ.] Variat in codicibus, harum vocularum scribendi ratio.

Ver. 395. —ὀρνύμενον.] Vide suprà ad γ', 260.

Ver. 396. —ὕλην.] Vide suprà ad γ', 151.

Ver. 397. —ὑψικόμοισιν.] *Al.* ἰξοφόροισιν· notante *Eustathio.*

Ver. 398. —ποτὶ.] Cod. *Harleian.* περὶ.

Ver. 399. —ὅς τε μάλιστα.] *Qui etiam maximè* ———.

Ver. 400. Ὅσση.] *Al.* Τόσση.

Ibid. —ἄρα.] "*Ut jam dictum est,*" —— scilicet *ver.* 393.

Ver. 402. —δὲ.] "At δὴ," inquit *Barnesius*; "hîc potior Lectio." Conjecturâ malè admodùm feriatâ.

Ibid. —ἀκόντισε.] Vide suprà ad δ', 140.

Ver. 404. Τῇ.] *Al.* Τῆ, & Τῷ.

Ὅτλι δή οἱ βέλος ὠκὺ ἐτώσιον ἔκφυγε χειρός·
Ἂψ δ' ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο, κῆρ' ἀλεείνων.
Τὸν μὲν ἔπειτ' ἀπιόντα μέγας Τελαμώνιος Αἴας
Χερμαδίῳ, τά ῥα πολλὰ, θοάων ἔχματα νηῶν,
Πὰρ ποσὶ μαρναμένων ἐκυλίνδετο· τῶν ἓν ἀείρας,
Στῆθος βεβλήκει ὑπὲρ ἄντυγος, ἀγχόθι δειρῆς·
Στρόμβον δ' ὡς, ἔσσευε βαλὼν, περὶ δ' ἔδραμε πάντη.
Ὡς δ' ὅθ' ὑπαὶ ῥιπῆς πατρὸς Διὸς ἐξερίπῃ δρῦς
Πρόρριζος, δεινὴ δὲ θεείου γίνεται ὀδμὴ
Ἐξ αὐτῆς· τὸν δ' ὔπερ ἔχει θράσος, ὅσκεν ἴδηται
Ἐγγὺς ἐὼν, χαλεπὸς δὲ Διὸς μεγάλοιο κεραυνός·
Ὣς ἔπεσ' Ἕκτορος ὦκα χαμαὶ μένος ἐν κονίῃσι·
Χειρὸς δ' ἔκβαλεν ἔγχος, ἐπ' αὐτῷ δ' ἀσπὶς ἑάφθη,
Καὶ κόρυς, ἀμφὶ δέ οἱ βράχε τεύχεα ποικίλα χαλκῷ.

Quòd sibi telum velox irritum evolâsset è manu;
Retróque sociorum in agmen cessit, mortem evitans.
Hunc quidem deinde abeuntem magnus Telamonius Ajax
Saxo, quæ sanè multa, velocium retinacula navium,
Ad pedes pugnantium passim-jacebant; horum uno sublato,
In pectus percussit super scuti-orbem, prope collum:
Turbinis autem instar, concitum misit, rotatúmque est circumcircà.
Ut verò quum violento-ictu patris Jovis procidit quercus
Radicitùs, teter autem sulfuris oritur odor
Ex eâ; isque nullius ampliùs est animi, qui viderit
Propè existens; durum quippe Jovis magni fulmen:
Sic cecidit Hectoris celeritèr humi robur in pulveribus:
Manu autem demisit hastam, insupérque scutum secutum est,
Et galeæ; circáque ipsum sonitum-dedere arma varia ære.

Ver. 407. Ὅτλι δή.] *Quòd adeo, Quòd videlicet,* ————. Cod. *Harleian.* Ὅττι ῥά.

Ver. 410. Χερμαδίῳ.] De hoc saxo Epigramma non illepidum citat *Barnesius* ex Anthologiâ, *lib.* 1, *cap.* 5;

Μή με τὸν Αἰάντειον ἀποχμάσσειας, ὁδῖτα,
Πέτρον ἀκοντιστὴν στήθεος Ἑκτορέου.
Εἰμὶ μέλας τρηχύς τε· σὺ δ' εἴρεο θεῖον Ὅμηρον,
Πῶς τὸν Πριαμίδην ἐξεπύλισσα πέδῳ.
Νῦν δὲ μόλις βαιόν με περιγχλίζουσιν ἀρούραις
Ἄνθρωποι, γλώσσης αἶσχος λαβόντες.
Ἀλλά μέ τις κρύψειεν ὑπὸ χθονός· αἰδέομαι γὰρ
Παίζειν ἐπιδίνοις ἀνδράσι γινόμενος.

Ver. 412. —βεβλήκει.] Vide suprà ad δ', 492; & ad ά, 37.

Ver. 413. Στρόμβον δ' ὡς, ἔσσευε.]

Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent: Ille actus habenâ
Curvatis fertur spatiis; stupet inscia turba,
Impubésque manus, mirata volubile buxum. *Æn.* VII, 378.

Στρόμβον δὲ ἐκεῖνον ἐκίνησεν ὁ Αἴας, εἰ τὸ βιασθέντα Ἕκτορα, —— ἢ μᾶλλον τὸν λίθον. *Eustath.* Mihi & στρόμβος, & ἔσσευε, & περιέδραμε, & πάντη, (quæ omnia cum præcedente isto ἐκυλίνδετο conveniunt;) de *Saxo projecto* videntur multò aptiùs dicta, quàm de *Hectore* jam humi delabente.

Ver. 414. —ὑπαί.] *Al.* ὑπό.

Ver. 416. —ὔπερ.] *Al.* οὔ κεν.

Ver. 418. —Ἕκτορος ———μένος ἐν κονίῃσι.] Vide suprà ad γ', 508 & 758.

Ver. 419. —ἑάφθη.] Vide suprà ad ν', 543.

Ver. 420. —βράχε.] Vide suprà ad ν', 181.

Ver. 421.

Οἱ δὲ μέγα ἰάχοντες ἐπέδραμον υἷες Ἀχαιῶν,
Ἐλπόμενοι ἐρύεσθαι, ἀκόντιζον δὲ θαμειὰς
Αἰχμάς· ἀλλ' οὔτις ἐδυνήσατο ποιμένα λαῶν
Οὐτάσαι, οὐδὲ βαλεῖν· πρὶν γὰρ περίβησαν ἄρισοι,
Πουλυδάμας τε, καὶ Αἰνείας, καὶ δῖος Ἀγήνωρ,
Σαρπηδών τ' ἀρχὸς Λυκίων, καὶ Γλαῦκος ἀμύμων·
Τῶν δ' ἄλλων οὔτις εὑ ἀκήδησ', ἀλλὰ πάροιθεν
Ἀσπίδας εὐκύκλους σχέθον αὐτοῦ· τὸν δ' ἄρ' ἑταῖροι
Χερσὶν ἀείραντες φέρον ἐκ πόνου, ὄφρ' ἵκεθ' ἵππους
Ὠκέας, οἵ οἱ ὄπισθε μάχης ἠδὲ πτολέμοιο
Ἕστασαν, ἡνίοχόν τε καὶ ἅρματα ποικίλ' ἔχοντες·
Οἳ τόν γε προτὶ ἄστυ φέρον βαρέα στενάχοντα.
Ἀλλ' ὅτε δὴ πόρον ἷξον ἐϋρρεῖος ποταμοῖο
Ξάνθου δινήεντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς,
Ἔνθα μιν ἐξ ἵππων πέλασαν χθονί, καδδέ οἱ ὕδωρ
Χεῦαν· ὁ δ' ἀμπνύνθη, καὶ ἀνέδρακεν ὀφθαλμοῖσιν·

Tum verò magno cum clamore accurrebant filii Achivorum,
Sperantes trahere *ad se*; jaculabantúrque crebra
Spicula; at nemo potuit pastorem populorum
Nec cominùs, nec eminùs ferire: priùs enim circumjecerunt-se fortissimi;
Polydamásque, & Æneas, & nobilis Agenor,
Sarpedónque princeps Lyciorum, & Glaucus eximius:
Cæterorúmque nullus ipsum neglexit, sed ante
Clypeos probè orbiculatos tenebant ipsum; cúmque socii
Manibus sublatum asportabant ex pugnâ, donec pervenit ad equos
Veloces, qui ei post pugnam & prælium
Stabant, aurigámque & currum varium habentes:
Qui porrò eum urbem versùs portabant graviter gementem.
Sed quandò jam ad vadum pervenerunt pulchrè-fluentis fluvii
Xanthi vorticosi, quem immortalis genuit Jupiter;
Ibi illum è curru admoverunt terræ, eique aquam
Affuderunt: ille itaque spiritum-recepit, & suspexit oculis;

Ver. 421. —μέγα ἰάχοντες.] Vide suprà ad γ', 456.

Ver. 423. —οὔτις ἐδυνήσατο.] *Barnesius* edidit, οὔτις ῥ' ἐδυνήσατο.

Ver. 424. Οὐτάσαι.] Vide suprà ad ν', 192; & ad ά, 140.

Ver. 427. Τῶν δ' ἄλλων οὔτις εὑ ἀκήδησ'.] *Al.* Τῶν τ' ἄλλων οὔτις εὑ ἀκήδεσεν. &, οὐ ἀκήδεσεν. Cæterùm quâ ratione, οὔτις, & hîc & ver. 423, ultimam producat; item ἄορ, ver. 444; & κεῖνος, ver. 447; & Αἴαντι, ver. 459; vide suprà ad ά, 51.

Ver. 428. ἄρ.] *Proinde*; *deinceps*,——.

Ver. 430. —μάχης ἠδὲ πτολέμοιο.] Vide suprà ad ί, 232, 279.

Ver. 431. Ἕστασαν.] Vide suprà ad μ', 55.

Ver. 433. Ἀλλ' ὅτε δὴ πόρον ἷξον.] Τοῖς παραπληρωματικοῖς συνδέσμοις χρηστέον, οὐχ ὡς προσθήκαις κεναῖς, ——ὥσπερ τινὲς τῷ "Δὴ" χρῶνται πρὸς οὐδὲν, ——ἀλλ' ἐὰν συμβάλλωνταί τι τῷ μεγέθει τοῦ λόγου. Καθάπερ παρὰ Πλάτωνι· "Ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν "ἐν οὐρανῷ Ζεύς." Καὶ παρ' Ὁμήρῳ, "Ἀλλ' ὅτε δὴ πόρον ἷξον ἐϋρρεῖος ποταμοῖο." Ἀρχικὸς γὰρ τεθεὶς ὁ σύνδεσμος, καὶ ἀποσπασθεὶς τῶν προηγουμένων τὰ ἐχόμενα, μεγαλεῖόν τι εἰργάσατο. ——σεμνότητα ἐργάζονται. Εἰ δ' ὧδε εἶπεν ——[ἄνευ τοῦ Δὴ,]—— μικρολογοῦντι ἐῴκει. *Demetr. Phaler.* περὶ ἑρμηνείας, § 55, 56. Vide infrà ad ver. 504.

Ver. 434. —ἀθάνατος.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 435. —πέλασαν.] Vide suprà ά, 140.

Ἑζόμενος δ' ἐπὶ γοῦνα, κελαινεφὲς αἷμ' ἀπέμεσσεν·
Αὖτις δ' ἐξοπίσω πλῆτο χθονὶ, κὰδ δέ οἱ ὄσσε
Νὺξ ἐκάλυψε μέλαινα· βέλος δ' ἔτι θυμὸν ἐδάμνα.
Ἀργεῖοι δ', ὡς οὖν ἴδον Ἕκτορα νόσφι κιόντα,
Μᾶλλον ἐπὶ Τρώεσσι θόρον, μνήσαντο δὲ χάρμης.
Ἔνθα πολὺ πρώτιστος Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας
Σάτνιον οὖτασε, δουρὶ μεταλμένος ὀξυόεντι,
Ἠνοπίδην, ὃν ἄρα νύμφη τέκε Νηῒς ἀμύμων
Ἤνοπι βουκολέοντι παρ' ὄχθας Σατνιόεντος.
Τὸν μὲν Ὀϊλιάδης δουρικλυτὸς, ἐγγύθεν ἐλθὼν,
Οὖτα κατὰ λαπάρην· ὁ δ' ἀνετράπετ', ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῷ
Τρῶες καὶ Δαναοὶ ξύναγον κρατερὴν ὑσμίνην.
Τῷ δ' ἐπὶ Πουλυδάμας ἐγχέσπαλος ἦλθεν ἀμύντωρ
Πανθοΐδης· βάλε δὲ Προθοήνορα δεξιὸν ὦμον,
Υἱὸν Ἀρηϊλύκοιο· δι' ὤμου δ' ὄβριμον ἔγχος
Ἔσχεν· ὁ δ' ἐν κονίῃσι πεσὼν ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ.
Πουλυδάμας δ' ἔκπαγλον ἐπεύξατο, μακρὸν ἀΰσας·
Οὐ μὰν αὖτ' ὀΐω μεγαθύμου Πανθοΐδαο
Χειρὸς ἀπὸ στιβαρῆς ἅλιον πηδῆσαι ἄκοντα,
Ἀλλά τις Ἀργείων κόμισε χροΐ· καί μιν ὀΐω

Sedénsque in genua, nigrum sanguinem evomuit:
Iterùm verò retrò lapsus est in terram, eique oculos
Nox obtexit nigra; ictus enim adhuc animum domabat.
Argivi autem, ut viderunt Hectorem seorsum euntem,
Alacriùs in Trojanos irruerunt, meminerúntque pugnæ.
Tunc longè primus Oïlei *filius* velox Ajax
Satnium vulneravit, cum hastâ insiliens acutâ,
Enopidem, quem nympha peperit Naïs eximia
Enopi armenta-pascenti ad ripas Satnioentis.
Hunc quidem Oïliades hastâ-inclytus, propè accedens,
Vulneravit ad ile: itaque cecidit-resupinus; de eo verò
Trojani & Danai commiserunt acrem pugnam.
Ad eum verò Polydamas hastam-vibrans accessit ultor
Panthœdes; percussitque Prothoënorem dextrum *in* humerum,
Filium Areïlyci; per humerum autem valida hasta
Penetravit: Hic itaque in pulveribus lapsus prehendit terram palmâ:
Polydamas autem vehementer super-eum-gloriatus-est, altâ-voce clamans;
"Non equidem puto magnanimi Panthœdæ
"Manu è robustâ vanum exiliisse telum,
"Sed *id* aliquis Argivorum recepit corpore: & ipsum puto

Ver. 438. —κὰδ δέ οἱ ὄσσε.] *Al.* τὼ δέ οἱ ὄσσε.

Ver. 440. —νόσφι κιόντα.] Vide suprà ad ά, 349. Cod *Harleian.* νόσφιν ἰόντα.

Ver. 443. —οὖτασε.] Similiter, *ver.* 447, Οὖτα κατά. Vide suprà ad ν', 192; & ad ά, 140.

Ibid. —μεταλμένος.] *Al.* μεταλμένον

Ibid. —ὀξυόεντι.] Vide suprà ad ἑ, 50.

Ver. 447. Οὖτα κατὰ λαπάρην.] *Al.* Οὔτασε καλλαπάρην.

Ibid. —ἄρ'.] *Ut fit*; *Ut fieri solet*, ——.

Ver. 452. —ἐν κονίῃσι πεσών.] Vide suprà ad ν', 508.

Ver. 456, 463. —κόμισε.] Vide suprà ad ά, 140.

Ver. 459,

Αὐτῷ σκηπτόμενον κατίμεν δόμον Ἄϊδος εἴσω.
Ὣς ἔφατ'· Ἀργείοισι δ' ἄχος γένετ' εὐξαμένοιο·
Αἴαντι δὲ μάλιστα δαΐφρονι θυμὸν ὄρινε
Τῷ Τελαμωνιάδῃ· τοῦ γὰρ πέσεν ἄγχι μάλιστα·
Καρπαλίμως δ' ἀπιόντος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ.
Πουλυδάμας δ' αὐτὸς μὲν ἀλεύατο κῆρα μέλαιναν,
Λικριφὶς ἀΐξας· κόμισεν δ' Ἀντήνορος υἱὸς
Ἀρχίλοχος· τῷ γάρ ῥα θεοὶ βούλευσαν ὄλεθρον·
Τόν ῥ' ἔβαλεν, κεφαλῆς τε καὶ αὐχένος ἐν συνεοχμῷ,
Νείατον ἀστράγαλον· ἀπὸ δ' ἄμφω κέρσε τένοντε·
Τοῦ δὲ πολὺ πρότερον κεφαλή, στόμα τε, ῥῖνές τε
Οὔδει πλῆντ', ἤπερ κνῆμαι καὶ γοῦνα πεσόντος.
Αἴας δ' αὖτε γέγωνεν ἀμύμονι Πουλυδάμαντι·
Φράζεο, Πουλυδάμα, καί μοι νημερτὲς ἔνισπε,
Ἦ δὴ οὐχ οὗτος ἀνὴρ Προθοήνορος ἀντὶ πεφάσθαι

" Ei *baculo* innitentem, descensurum domum Plutonis intra.
Sic dixit: Argivis autem dolor exortus est, eo gloriante;
Ajaci autem maximè, bellicoso animum commovit
Telamoniadæ: hunc enim *Prothoënor* cecidit proximè:
Statim igitur in *Polydamanta* abeuntem jaculatus est hastâ fulgenti.
Polydamas autem ipse quidem evitavit mortem nigram,
In obliquum absiliens: excepit autem *ictum* Antenoris filius
Archilochus; huic enim dii destinaverant perniciem:
Hunc percussit, capitisque & cervicis in commissurâ,
Extremam *ad* vertebram; ambósque discidit nervos:
Hujus autem multò priùs caput, ósque, naréique
Solo allapsa sunt, quam tibiæ & genua cadentis.
Ajax itaque vicissim inclamavit eximio Polydamanti;
" Perpende, Polydama, & mihi verum dic;
" Annon hic vir pro Prothoënore *vicissim* occidi

Ver. 459, 460. Αἴαντι —— Τῷ Τελαμωνιάδῃ.] Τί οὖν; (φήσειε τις ἄν,) οὐθὲν ταῦτα [τὰ Ἄρθρα] συμβάλλεται πρὸς λόγον; Ἔγωγε φήσαιμ' ἄν, ὥσπερ ἅλας συμβάλλεσθαι πρὸς ὄψον, ὕδωρ δὲ πρὸς μάζαν. —— Καὶ Ὅμηρος, ἐπέων κόσμῳ περιγινόμενος, ὀλίγοις τῶν ὀνομάτων Ἄρθρα ὥσπερ λαβὰς ἐκπώμασι δεομένοις, ἢ λόφους κράνεσιν, ἐπιτίθησι. Διὸ καὶ παράσημα τῶν ἐπῶν, ἐν οἷς ταῦτα ποιεῖ, γέγονεν· Ὡς τό, " Αἴαντι δὲ μάλιστα δαΐφρονι " θυμὸν ὄρινε Τῷ Τελαμωνιάδῃ." *Plutarch. Quæst. Platonicæ*, sub finem.

Ver. 461. —ἀκόντισε.] Vide suprà ad ά, 140.

Ver. 464. Ἀρχίλοχος.] *Al.* Ἀρχέλοχος· Vide suprà ad μ', 100.

Ver. 465. Τόν ῥ'.] *Hunc, inquam,*——.

Ver. 466. —ἀστράγαλον· ἀπό.] Quâ ratione, ἀστράγαλον, hîc ultimam producat; item τε, *ver.* 467; & κασίγνητος, *ver.* 473; & ἐνί, *ver.* 485; vide suprà ad ά, 51.

Ver. 467. —πολὺ πρότερον κεφαλή.]
———— pronusque magister
Volvitur in caput,—— *Æn.* I, 119.

Ver. 469. —γέγωνεν.] Non ex præterito (quod vocant) γέγωνα· quo pacto non constaret *Temporum* ratio; Vide suprà ad ά, 37. Sed ex Verbo γεγώνω· unde & alibi, γεγώνευμεν.

Ver. 471. Ἦ δὴ οὐχ.] Pronuntiabatur, Ἦ δ' οὐχ· Vide suprà ad ε, 349; & ad ί, 533. *Al.* Ἦ ῥ' οὐχ.

Ibid. —ἀντὶ πεφάσθαι.] *Al.* ἀντιτετάσθαι. Sed omninò scribendum, ἀντιπεφάσθαι. Nam istud ά, (ut liquet ex analogo πέτασαι,) cùm sit naturâ *breve*, syllabam *positione solummodò* longam efficit, sicuti in τάγμα, τετάχθαι, τάξις, τάξαι, & similibus; non *ipsum* enuntiatur *productè*, sicuti in πρᾶγμα, πεπρᾶχθαι, πρᾶξις, πρᾶξαι, & quæ ejusmodi sunt. Vide suprà ad ν', 192.

Ἄξιος· οὐ μέν μοι κακὸς εἴδεται, οὐδὲ κακῶν ἐξ·
Ἀλλὰ κασίγνητος Ἀντήνορος ἱπποδάμοιο,
Ἢ παῖς· αὐτῷ γὰρ γενεὴν ἄγχιστα ἐῴκει.
Ἦ ῥ', εὖ γινώσκων· Τρῶας δ' ἄχος ἔλλαβε θυμόν.
Ἔνθ' Ἀκάμας Πρόμαχον Βοιώτιον οὖτασε δουρὶ,
Ἀμφὶ κασιγνήτῳ βεβαώς· ὁ δ' ὕφελκε ποδοῖιν.
Τῷ δ' Ἀκάμας ἔκπαγλον ἐπεύξατο, μακρὸν ἀΰσας·
Ἀργεῖοι ἰόμωροι, ἀπειλάων ἀκόρητοι,
Οὐ θὴν οἴοισίν γε πόνος τ' ἔσεται καὶ ὀϊζὺς
Ἡμῖν, ἀλλά ποθ' ὧδε κατακτενέεσθε καὶ ὔμμες.
Φράζεσθ', ὡς ὑμῖν Πρόμαχος δεδμημένος εὕδει
Ἔγχει ἐμῷ, ἵνα μή τι κασιγνήτοιό γε ποινὴ
Δηρὸν ἔῃ ἄτιτος· τῷ καί κέ τις εὔχεται ἀνὴρ
Γνωτὸν ἐνὶ μεγάροις ἄρεως ἀλκτῆρα λιπέσθαι.

" Dignus: non quidem mihi ignavus videtur, neque ex ignavis;
" Sed frater Antenoris equum-domitoris,
" Vel filius: ipsi enim genere proximè similis-videbatur *mihi*.
Sic dixit, benè cognoscens: Trojanos autem dolor cepit animo.
Tunc Acamas Promachum Bœotium vulneravit hastâ,
Fratrem *suum* circumeundo-protegens: Promachus enim eum trahebat pedibus.
Super hunc itaque Acamas vehementer gloriabatur, altè clamans;
" Argivi, sagittarii-infausti, minarum insatiabiles,
" Haud sanè solis labórque erit & luctus
" Nobis, sed aliquandò sic occidemini & vos.
" Videte, ut vobis Promachus domitus dormit
" Hastâ meâ; ut nequaquam fratris ultio
" Diù insoluta sit: Quare & quivis optet vir
" Fratrem in ædibus belli [*vel* cædis] vindicem sibi-relinqui.

Ver. 475. —εὖ γινώσκων.] *Probè quum nôrat, quis esset.*

Ibid. —θυμόν.] Ita Cod. *Harleian.* Optimè, ut mihi quidem videtur. *Al.* θυμῷ, & θυμοῦ.

Ver. 476, 489. —οὖτασε.] Vide suprà ad ε, 140.

Ver. 478. —μακρὸν ἀΰσας.] Cod. *Harleian.* μακρὰ βιβάσθων.

Ver. 479. —ἰόμωροι.] Vide suprà ad δ', 242.

Ver. 480. Οὐ θὴν οἴοισίν γε —Ἡμῖν.]
——Nec soli pœnas dant sanguine Teucri:
Quondam etiam victis redit in præcordia virtus,
Victoresque cadunt Danai. ————
Æn. II, 366.

Ver. 484. Δηρὸν ἔῃ ἄτιτος.] Editi habent, Δηρὸν ἄτιτος ἔῃ. Sed voculas istas transponere non dubitavi. Quamvis enim τίνειν, & τίσειν, & τίσασθαι, apud Homerum *semper*; atque etiam τίω, *quoties lubet*, priorem *producat*; attamen ἄτιτος, & ἄντιτος, & παλίντιτος, & τίσις, & *corripiuntur*, & omni ex analogiâ *semper corripiantur* necesse est. Vide suprà ad ν', 414.

Οὐ μὰν αὖτ' ἄτιτος—. *Iliad.* ν', 414.
——τί τ' ἄντιτα ἔργα γένοιτο. ω', 213.
——Ζεὺς ἄντιτα ἔργα τελέσειε.
Odyss. ρ', 51 & 60.
——παλίντιτα ἔργα γένηται.
Odyss. α', 379, & β', 144.
——ἐπεὶ οὔτι τίσιν γ' ἔδδεισας ὀπίσσω.
Iliad. χ', 19.
——τίσις ἔσσεται Ἀτρεΐδαο.
Odyss. α', 40.
——ἢ τίσις εἴη, *Odyss.* β', 76.
——ἐξοπίσω τίσις αἰεί. *Odyss.* ν', 144.

Ver. 485. —ἐνὶ μεγάροις ἄρεως ἀλκτῆρα λιπέσθαι.] *Al.* ἐνὶ μεγάροισιν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι. Ut infra, ——ἐμεῖο δὲ δῆσεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι· σ', 100. Et; Μέντορ, ἄμυνον ἀρήν·——. *Odyss.* χ', 208. Nisi fortè & istis in locis scribendum sit, δῆσεν Ἄρεος sive Ἄρεως, & ἄμυνον Ἄρην. Cod. *Harleian.* à *Th. Bentleio*, & Cod. *Oxon.* à *Barnesio* collatus, habent Ἄρεος. Nec ita malé.

Ὣς ἔφατ᾽· Ἀργείοισι δ᾽ ἄχος γένετ᾽ εὐξαμένοιο·
Πηνελέῳ δὲ μάλιστα δαΐφρονι θυμὸν ὄρινεν·
Ὡρμήθη δ᾽ Ἀκάμαντος· ὁ δ᾽ οὐχ ὑπέμεινεν ἐρωὴν
Πηνελέοιο ἄνακτος· ὁ δ᾽ οὔτασεν Ἰλιονῆα,
Υἱὸν Φόρβαντος πολυμήλου, τόν ῥα μάλιστα
Ἑρμείας Τρώων ἐφίλει, καὶ κτῆσιν ὄπασσε·
Τῷ δ᾽ ἄρ᾽ ὑπὸ μήτηρ μοῦνον τέκεν Ἰλιονῆα·
Τὸν τόθ᾽ ὑπ᾽ ὀφρύος οὖτα κατ᾽ ὀφθαλμοῖο θέμεθλα,
Ἐκ δ᾽ ὦσε γλήνην· δόρυ δ᾽ ὀφθαλμοῖο διὰ πρὸ
Καὶ διὰ ἰνίου ἦλθεν· ὁ δ᾽ ἕζετο χεῖρε πετάσσας
Ἄμφω· Πηνέλεως δὲ, ἐρυσσάμενος ξίφος ὀξὺ,
Αὐχένα μέσσον ἔλασσεν· ἀπήραξεν δὲ χαμᾶζε,
Αὐτῇ σὺν πήληκι, κάρη· ἔτι δ᾽ ὄβριμον ἔγχος
Ἦεν ἐν ὀφθαλμῷ· ὁ δὲ φῆ, κώδειαν ἀνασχὼν,
Πέφραδέ τε Τρώεσσι, καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα·
Εἰπέμεναί μοι, Τρῶες, ἀγαυοῦ Ἰλιονῆος

Sic dixit: Argivis autem dolor obortus est, eo gloriante;
Peneleo autem maximè, bellicoso animum commovit;
Ruit itaque in Acamantem; ille verò non sustinuit impetum
Penelei regis; *Peneleus* autem vulneravit Ilioneum,
Filium Phorbantis divitis-pecorum, quem maximè
Mercurius Trojanorum diligebat, & possessiones *ei* dederat:
Ex hoc autem mater unicum peperit Ilioneum:
Quem tunc sub supercilio vulneravit *Peneleus* ad oculi radices,
Excussitque pupillam; hasta verò per oculum penitùs,
Et per occipitium transiit: Hic itaque *in terram* desedit, manibus porrectis
Ambabus: Peneleus autem, stricto ense acuto,
Cervicem mediam ferit; deturbavitque humi,
Ipsâ cum casside, caput: adhuc verò valida hasta
Erat in oculo: *Peneleus* autem dixit, *capite tanquam*-papaveris-capite sublato,
Denuntiavitque Trojanis, & glorians verba fecit;
" Renunciate mihi, Trojani, illustris Ilionei

Ver. 489. Πηνελέωο.] *Al.* Πηνελεῷο.

Ver. 490. —τόν ῥα.] *Quem utique*——; *Quem videlicet*———. Est enim *causa allata*, quare πολύμηλος fuerit *Phorbas*.

Ver. 492. —ὑπὸ μήτηρ.] Quâ ratione, ὑπὸ, hîc ultimam producat; item εὐχόμενος, *ver.* 500; & δάμνας, *ver.* 503; & κατὰ, *ver.* 517; & γὰρ, etiam extra cæsuram, *ver.* 521; vide suprà ad ά, 51.

Ver. 493. —οὖτα.] Vide suprà ad ν', 192.

Ver. 497. —ἀπήραξεν δὲ χαμᾶζε, Αὐτῇ σὺν πήληκι, κάρη.]
——huic uno dejectum cominus ictu
Cum galeâ longè jacuit caput. ———
Æn. IX, 770.

Ver. 499. —ὁ δὲ φῆ, ——πέφραδέ τε—, καὶ —ηὔδα.] Καὶ ἔστι κατὰ παραλληλίαν ταυτολογία ἐν τῷ, " φῆ καὶ πέφραδε καὶ ηὔδα." Τὸ μὲν δὲ —οὐδὲ ἔξω πάθους. Ἠρκέσθη γὰρ ὁ ἥρως τῷ ἔργῳ, εἰς λύπην τῶν Τρώων. Ὃ πάνυ παροξυντικόν ἐστιν εἰς θυμὸν, εἰ οὕτως ἀνελόντας παραδειγματίζει τοῦ πεσόντος τὴν κεφαλήν. *Eustath.*

Ver. 500. Πέφραδε.] De hujusmodi vocabulorum formatione, quâ nimirùm analogiâ ex φράζω oriatur πέφραδα, ex κράζω autem κέκραγα· ex τάττω similiter τέταγα, ex πράττω autem πέπραγα· vide suprà ad β', 314; & ad ν', 192. Cæterùm πέφραδε, hoc in loco, non est ex ipso πέφραδα· quo pacto non constaret Temporum ratio: Sed ex Poëtico, πεφράδω, imperfectum vel aoristus ἐπέφραδον· sicuti in σ', *ver.* 9, & ι', 340, διεπέφραδε.

Ver. 501. Εἰπέμεναί μοι.] *Renuntiate, quæso,* ———.

Πατρὶ φίλῳ καὶ μητρὶ, γοήμεναι ἐν μεγάροισιν·
Οὐδὲ γὰρ ἡ Προμάχοιο δάμαρ Ἀλεγηνορίδαο,
Ἀνδρὶ φίλῳ ἐλθόντι γανύσσεται, ὁππότε κεν δὴ
Ἐκ Τροίης σὺν νηυσὶ νεώμεθα κοῦροι Ἀχαιῶν.
Ὡς φάτο· τοὺς δ' ἄρα πάντας ὑπὸ χλωρὸν δέος εἷλε·
Πάπτηνεν δὲ ἕκαστος, ὅπῃ φύγοι αἰπὺν ὄλεθρον.
Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι, ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
Ὅστις δὴ πρῶτος, βροτόεντ' ἀνδράγρι', Ἀχαιῶν
Ἤρατ', ἐπεί ῥ' ἔκλινε μάχην κλυτὸς Ἐννοσίγαιος.
Αἴας ῥα πρῶτος Τελαμώνιος Ὕρτιον οὖτα
Γυρτιάδην, Μυσῶν ἡγήτορα καρτεροθύμων·
Φάλκην δ' Ἀντίλοχος, καὶ Μέρμερον ἐξενάριξε·
Μηριόνης δὲ Μόρυν τε, καὶ Ἱπποτίωνα κατέκτα·
Τεῦκρος δὲ Προθόωνά τ' ἐνήρατο, καὶ Περιφήτην·

" Patri charo & matri, ut lugeant in ædibus:
" Neque enim Promachi uxor Alegenoridæ,
" Viro charo reverso se-læto-vultu-offeret, quando demùm
" Ex Trojâ cum navibus reverterimus filii Achivorum.
Sic dixit: Illos autem omnes pallidus timor cepit;
Circumspectabátque unusquisque, quà effugere-posset gravem perniciem.
Dicite nunc mihi, Musæ, cœlestes domos tenentes,
Quisnam primus, cruentas exuvias, Achivorum
Sustulerit, postquam inclinavit pugnam inclytus Neptunus.
Ajax quidem primus Telamonius Hyrtium percussit
Gyrtiadem, Mysorum ductorem magnanimorum:
Phalcem autem Antilochus, & Mermerum interfectos-spoliavit:
Meriones autem Morymque, & Hippotionem interfecit:
Teucer verò Prothoenáque peremit, & Periphetem:

Ver. 503. Οὐδὲ γὰρ.] *Nam, ut vos dudum gloriati estis, neque apud Nos*——.

Ver. 504. —ὁππότε κεν δὴ —νεώμεθα.] " *Quando cunque erit futurum, ut* "——. Spem & expectationem *longam* pulcherrimè depingunt Explementa ista, κὲν δὴ· Quæ siquis vocabulo quovis dissyllabo mutaverit, statim sentiet quanto languidiorem effecerit sententiam. Vide infrà ad χ', 365. Haud dissimiliter, etiam in soluto scribendi genere; *negantis* est, οὐδέποτε· *pernegantis*, οὐδεπώποτε. Quæ quidem voculæ optimè reddi possunt latinè; *nequaquam*, &, *neque adhuc quaquam*; Vel, *nunquam*, & *neque adhuc unquam*. Ad vim & elegantiam hujusmodi explementorum, videatur & *Platonis* locus suprà citatus; *ver.* 433 *hujus libri*.

Ver. 506. —ἄρα.] *Ut fit*; *Ut par erat*,——.

Ibid —χλωρὸν δέος εἷλε.] *Al.* χλωρὸν δέος ᾕρει. *Al.* τρόμος ἔλλαβε γυῖα. Ex versibus nimirùm sæpiùs memoriter citatis.

Ver. 507. —ὅπη, & φύγοι.] *Al.* ὅπῃ, & φύγῃ.

Ver. 508. Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι,]

Vos, ô Calliope, precor, aspirate canenti;
Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus
Ediderit, quem quisque virum demiserit Orco:
Et mecum ingentes oras evolvite belli.
Æn. IX, 525.

Ver. 509. Ὅστις δὴ πρῶτος ——; Αἴας ῥα.] Notandum quàm aptè & *significanter* hîc sibi invicem *respondeant*, δὴ, & ῥά.

Ver. 510. Ἤρατ'.] *Al.* Ἤρετ'.

Ibid. —ῥ'.] *Ut diximus*,———.

Ibid. —ἔκλινε.] Vide suprà ad ά, 309, 314.

Ver. 512. — καρτεροθύμων.] *Al.* καρτερόθυμον.

Ver. 514. —Μόρυν τε καὶ Ἱπποτίωνα.] Vide suprà ad ν', 792.

Ver. 516.

Ἀτρείδης δ' ἄρ' ἔπειθ' Ὑπερήνορα, ποιμένα λαῶν,
Οὖτα κατὰ λαπάρην, διὰ δ' ἔντερα χαλκὸς ἄφυσσε
Δηώσας· ψυχὴ δὲ κατ' οὐταμένην ὠτειλὴν
Ἔσσυτ' ἐπειγομένη· τὸν δὲ σκότος ὄσσ' ἐκάλυψε.
Πλείστους δ' Αἴας εἷλεν, Ὀϊλῆος ταχὺς υἱός·
Οὐ γάρ οἵ τις ὁμοῖος ἐπισπέσθαι ποσὶν ἦεν,
Ἀνδρῶν τρεσσάντων, ὅτε τε Ζεὺς ἐν φόβον ὦρσεν.

Atridésque deinde Hyperenorem, pastorem populorum,
Vulneravit ad ile; intestina autem æs penitùs-hausit
Dilacerans: animáque per inflictum vulnus
Erupit exacta; illum autem tenebræ oculos texerunt.
Plurimos verò Ajax interfecit, Oileï velox filius:
Non enim ei quisquam par ad insequendum pedibus erat
Viros fugientes, quando utique Jupiter fugam immitteret.

Ver. 516. Ἀτρείδης.] *Menelaus.* Nam *Agamemnon* jam vulneratus, à pugnâ abstinuit; suprà *ver.* 28, 29, 63, 130, 379, 380. Et *Menelaus* infrà ρ', 24; à se occisum memorat *Hyperenora.* Ut rectè annotavit *Barnesius.*

Ver. 517. Οὖτα κατὰ λαπάρην.] *Al.* Οὖτασε καλλαπάρην.

Ver. 518. —ψυχὴ δὲ κατ' οὐταμένην ὠτειλὴν.]
Ille rapit calidum frustrà de vulnere telum;
Unâ eâdemque viâ sanguisque animusque sequuntur. *Æn.* X, 486.

Ver. 522. —ὅτε τε.] *Quando utique; Quando videlicet,* ———.

Ibid. —ὦρσεν.] *Al.* ὄρσῃ.

ΤΗΣ

ΤΗΣ
ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΟΣ
ΡΑΨΩΔΙΑ, ἢ ΓΡΑΜΜΑ, Ο΄.

Ὑπόθεσις τῆς ΟΜΗΡΟΥ Ῥαψῳδίας Ο΄.

Ζεὺς ἐγερθεὶς, καὶ θεασάμενος τοὺς Τρῶας νικωμένους, Ἥρᾳ ἐπιπλήσσει, καὶ Ἶριν μὲν μεταπέμπει πρὸς Ποσειδῶνα, κελεύων ἀφίστασθαι τοῦ πολέμου· Ἀπόλλωνα δὲ, ὅπως * ἀναῤῥώσῃ τὸν Ἕκτορα· ὃς ἀναλαβὼν Αἰγίδα, τοὺς Ἕλληνας εἰς φυγὴν τρέπει· καὶ μέχρι τῶν νεῶν συνδιωχθέντων, Αἴας ὁ Τελαμώνιος πολλοὺς ἀναιρεῖ τῶν πολεμίων, τοὺς ταῖς ναυσὶ πῦρ ἐπιφέροντας.

* Al. ἀνεγείρῃ.

Ἐπιγραφαί.

Παλίωξις.

Ἄλλως.

Οὖ, Κρονίδης κεχόλωτο Ποσειδάωνι, καὶ Ἥρῃ.

Αὐτὰρ ἐπεὶ διά τε σκόλοπας καὶ τάφρον ἔβησαν
Φεύγοντες, πολλοὶ δὲ δάμεν Δαναῶν ὑπὸ χερσὶν,
Οἱ μὲν δὴ παρ' ὄχεσφιν ἐρητύοντο μένοντες,

At postquam vallósque & fossam transcendissent
Fugientes, multique domiti-essent Danaorum manibus,
Trojani quidem jam ad currus repressâ *fugâ* manebant,

Ver. 1. — Δι' ἄ τε — ἔβησαν.] Τὸ ἑξῆς, "διέβησαν." Ὑπερβατὸν γὰρ (inquit *Scholiastes*) ὁ τρόπος. Quod nihili est. *Eustathius* meliùs: Οἱ μὲν γραμματικοὶ σχῆμα λέγουσιν Ὑπερβατόν. Οἱ δὲ ῥήτορες οὐκ ἀξιοῦσιν οὕτω καλεῖν αὐτό. Διακεκόφθαι δέ φασι τὴν σύνταξιν ἐπίτηδες, ἵνα ἡ διακοπὴ τῆς λέξεως, τὸ ταλαιπωρὸν καὶ δυσδιόδευτον ἐμφήνῃ τῆς τῶν ταφρῶν διαβαινόντων. Similiter *Hermogenes*: Οὐκ ἔστιν, ὥς δοκεῖ τισιν, Ὑπερβατόν.——— Ἀλλ' ὡς ἐγένετο ἡ δυσκολία τῆς ἰδεῖν διὰ σκολόπων καὶ τάφρου, εἶτα ὁμαλὴ ἔξοδος ἐν τῇ φυγῇ· οὕτω καὶ ἡ ἑρμηνεία ἔχει, τὸ πάθος τῶν φευγόντων τῆς λέξεως μιμουμένης. *Hermogen.* περὶ μεθόδου δεινότητος, *cap.* 14.

Ver. 3. Οἱ μὲν δή.] *Trojani quidem jam* ———.

Ibid. — παρ' ὄχεσφιν.] Ad currus ultra fossam jam ab initio oppugnationis relictos; μ΄, 75—85.

Ver. 4. — ἔγρετο δὲ — Στῆ δ' ἄρ' ἀναΐξας, ἴδε δὲ —.]

Prospiciens, summâ placidum *caput extulit* undâ:
Disjectam Æneæ toto *videt* æquore classem,
Fluctibus oppressos Troas, cœlique ruinâ:
Nec latuere doli fratrem Junonis & iræ.
Æn. I, 131.

Χλωροὶ ὑπαὶ δείους, πεφοβημένοι· ἔγρετο δὲ Ζεὺς
Ἴδης ἐν κορυφῇσι παρὰ χρυσοθρόνου Ἥρης·
Στῆ δ' ἄρ' ἀναΐξας, ἴδε δὲ Τρῶας καὶ Ἀχαιούς,
Τοὺς μὲν ὀρινομένους, τοὺς δὲ κλονέοντας ὄπισθεν
Ἀργείους· μετὰ δέ σφι Ποσειδάωνα ἄνακτα.
Ἕκτορα δ' ἐν πεδίῳ ἴδε κείμενον· ἀμφὶ δ' ἑταῖροι
Εἵαθ', ὁ δ' ἀργαλέῳ ἔχετ' ἄσθματι, κῆρ ἀπινύσσων,
Αἷμ' ἐμέων· ἐπεὶ οὔ μιν ἀφαυρότατος βάλ' Ἀχαιῶν.
Τὸν δὲ ἰδὼν ἐλέησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,
Δεινὰ δ' ὑπόδρα ἰδὼν Ἥρην πρὸς μῦθον ἔειπεν·
Ἦ μάλα δὴ κακότεχνος, ἀμήχανε, σὸς δόλος, Ἥρη,
Ἕκτορα δῖον ἔπαυσε μάχης, ἐφόβησε δὲ λαούς.
Οὐ μὰν οἶδ', εἰ αὖτε κακορραφίης ἀλεγεινῆς
Πρώτη ἐπαύρηαι, καί σε πληγῇσιν ἱμάσσω.
Ἦ οὐ μέμνῃ, ὅτε τ' ἐκρέμω ὑψόθεν, ἐκ δὲ ποδοῖιν

Pallidi præ metu, exterriti: experrectus verò est Jupiter
Idæ in verticibus, ex aureum-solium-habentis-Junonis *amplexu*:
Stetitque raptim-exurgens, viditque Trojanos & Achivos,
Trojanos quidem turbatos, turbantes autem *eos* à tergo
Argivos; intérque hos Neptunum regem.
Hectorem verò in campo vidit jacentem; circúmque socii
Sedebant; is autem gravi angebatur anhelitu, mente-&-viribus defectus,
Sanguinem vomens; eum quippe non imbecillimus vulneravit Achivorum.
Hunc autem intuitus, misertus est pater hominúmque deûmque;
Ac terribili-modo torvùm intuens, Junonem verbo allocutus est.
" Certo-certiùs mali-artifex, ô fraudulenta, tuus dolus Juno,
" Hectora nobilem cessare-fecit à pugnâ, fugavitque *ejusdem* copias.
" Haud equidem scio, annon rursùs machinationum perniciosarum
" Prima fructum sis perceptura, & te verberibus cædam.
" An non meministi, quando pependisti ab-alto, à pedibus autem

Ver. 11. Αἷμ' ἐμέων.]
Purpuream vomit ille animam.——
Æn. IX, 349.

Ibid. —οὔ μιν ἀφαυρότατος βάλ' Ἀχαιῶν.] Ἡ ἀντίφρασις τῇ καταφάσει πολὺ μὲν τὸ ἴσον δύναται, πολὺ δὲ τὸ πλέον. ——Ὅταν λέγῃ, "ἐπεὶ οὔ μιν ἀφαυρότατος βάλ' Ἀχαιῶν," μεῖζον ἡ ἀντίφρασις δηλοῖ τῆς καταφάσεως· τὸ γὰρ πάνυ ἰσχυρὸν δεῖξαι θέλει. *Hermogenes* περὶ μεθόδου δεινότητος, *cap.* 37.

Ver. 12. —πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.]
——Divûm pater, atque hominum Rex. *Æn.* I, 69.
——hominum sator, atque Deorum.
Æn. XI, 725.

Ver. 18. Ἦ οὐ μέμνῃ.] *Al.* Ἦ οὐ μέμνη, & Ἦ οὐ μέμνησ'. Pronuntiabatur autem ἦὐ μέμνῃ· Non utique licentiâ aliquâ *Poëticâ*, sed quia vulgò etiam in *solutâ* (ut opinor) oratione ità pronuntiabatur. Non enim id semel iterúmve, sed perpetuò ferè, & consultò fecit Poëta. Vide suprà ad ι, 349; & ad ι, 533.

Ibid. —ὅτε τ' ἐκρέμω.] *Quando utique; Quando nimirum*——. Cæterùm de hujus versiculi numeris, vide suprà ad ν', 36; & ad γ', 363.

Ibid. —ἐκ δὲ ποδοῖιν Ἄκμονας ἧκα δύω.] Non hæc ab *Homero* conficta, sed ab antiquis desumpta Philosophis; qui elementorum mutationes, rerúmque naturalium formandarum rationem, sub hujusmodi fabulis soliti sunt docere. Quarum tamen fabularum subtilior & enucleatior explicatio, ad Poëtici Ornatûs intelligentiam parùm facit. Ἔοικεν ὁ Ποιητὴς μύθου παλαιοῦ παραφέρειν τοῦτο, καθ' ὃν ὁ Ζεὺς ἐμυθεύετο κεκρεμακέναι τὴν Ἥραν ——. *Phurnutus* de Naturâ Deorum, *capite* de Fabulis antiquitùs traditis. Ἐκ μηδενὸς δὲ ἀληθοῦς, ἀνάπτειν καινὴν τερατολογίαν, οὐχ Ὁμηρικόν. ——Τὸ δὲ πάντα πλάττειν, οὐχ Ὁμηρικόν. *Strabo lib.* 1, *pag.* 38 & 45. *Al.* 20 & 25.

Ver. 21.

Ἄκμονας ἧκα δύω, περὶ χερσὶ δὲ δεσμὸν ἴηλα
Χρύσεον, ἄρρηκτον; σὺ δ' ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν
Ἐκρέμω, , ἠλάστεον δὲ θεοὶ κατὰ μακρὸν Ὄλυμπον·
Λῦσαι δ' οὐκ ἐδύναντο παρεσταότες· ὃν δὲ λάβοιμι,
Ῥίπτασκον τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ, ὄφρ' ἂν ἵκηται
Γῆν ὀλιγηπελέων· ἐμὲ δ' οὐδ' ὧς θυμὸς ἀνίει
Ἀζηχὴς ὀδύνη Ἡρακλῆος θείοιο,
Τὸν σὺ ξὺν Βορέῃ ἀνέμῳ πεπιθοῦσα θυέλλας,
Πέμψας ἐπ' ἀτρύγετον πόντον, κακὰ μητιόωσα,
Καί μιν ἔπειτα Κόωνδ' εὖ ναιομένην ἀπένεικας.
Τὸν μὲν ἐγὼν ἔνθεν ῥυσάμην, καὶ ἀνήγαγον αὖτις
Ἄργος ἐς ἱππόβοτον, καὶ πολλά περ ἀθλήσαντα.
Τῶν σ' αὖτις μνήσω, ἵν' ἀπολλήξῃς ἀπατάων·
Ὄφρ' εἰδῇς, ἤν τοι χραίσμῃ φιλότης τε καὶ εὐνή,

" Incudes-*suspensas* demisi duas, circum manus autem vinculum misi
" Aureum, infrangibile? tu autem in æthere & nubibus
" Pependisti; mœrore-afficiebantur autem Dii per excelsum Olympum:
" Solvere autem non poterant circumstantes: quemcunque autem prehenderem,
" Projiciebam correptum de limine *cœli*, donec perveniret
" In terram vix-spirans: me verò nè sic quidem ira missum-faciebat
" Vehemens *ob* dolorem Herculis divini;
" Quem tu cum Boreâ vento inductis procellis,
" Misisti per infructuosum pontum, mala machinans,
" Et eum deinde ad Coon benè habitatam de-cursu-detulisti.
" *Ac* eum quidem ego inde liberavi, & reduxi iterùm
" In Argos equis-aptum, multis licèt malis-exercitum.
" Hæc tibi rursus in-memoriam-reducam, ut desistas à fallaciis:
" Ut scias, an tibi profuerit congressúsque & cubile,

Ver. 21. —ἠλάστεον.] Pronuntiabatur, ἠλάστων, vel ἠλάστουν. Vide suprà ad β', 811.

Ver. 22. —οὐκ ἐδύναντο παρεσταότες· ὃν δὲ λάβοιμι, ——.] Scholiastes legit; οὐκ ἐδύναντο· παρασταδὸν ὃν δὲ λάβοιμι,—. Multò minùs venustè. In vulgatis istud, ὃν δὲ λάβοιμι, id ipsum est quod quæritabat Scholiastes, ὃν δὲ ἂν λάβοιμί σοι παρεστῶτα. Deinceps autem quod adjicit, δῆλον δὲ, ὅτι λέγει τὸν Ἥφαιστον· rectè se habet: Ut liquet ex sequente, ῥίπτασκον τεταγὼν, comparato cum, ῥῖψε ποδὸς τεταγὼν, suprà ά, 591.

Ver. 24. —ἐμὲ δ' οὐδ' ὧς θυμὸς ἀνίει Ἀζηχὴς ὀδύνη.] *Al.* ἐμὲ δ' ὧς θυμὸν ἀνίει Ἀζηχὴς ὀδύνη. Utravis lectio ferri possit. Quod autem conjicit *Barnesius*, scribendum hîc ἀνήει, propterea quòd ἀνίει aliis in locis mediam *corripiat*; planè nihili est. Quod enim in *omnibus* fit vocabulis, ut *ultimâ* in syllabâ Vocalis *longa*, sequente aliâ Vocali, *dimidiâ ex parte elidi*, hoc est, *corripi* possit; vide suprà ad ά, 51: id *nonnullis* in vocabulis, etiam in syllabis *non ultimis*, fieri itidem potest: Ut in τίω, ἰὸς, υἱὸς, ἤια, ἀνίει, & similibus *permultis*. Vide suprà ad ν', 103.

Ver. 26. —ἀνέμῳ.] *Al.* ἀνέμων.

Ver. 27. —ἀτρύγετον.] Ἀκαταπόνητον, πολύν· ἢ, ὥς ἔνιοι φασὶ, τὸν ἄκαρπον. *Schol.* ad ά 316.

Ver. 28. —Κόωνδ' —ἀπένεικας.] Ut & ibi cum videlicèt novis periculis objiceres.

Ver. 30. —ἀθλήσαντα.] Εἰς δὲ τὸν τόπον τοῦτον προσγράφουσί τινες καὶ τούτους τοὺς στίχους·

Πρίν γ' ὅτε δή σ' ἀπέλυσα ποδῶν· μύδρους δ' ἐπὶ Τροίῃ
Κάββαλον· ὄφρα πέλοιτο καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. *Eustath.*

Ver. 32. Ὄφρ' εἰδῇς.] *Al.* Ὄφρα ἴδῃς· Et, Ὄφρα ἴδῃ. Ἐν δὲ τοῖς περὶ τῆς Ἥρας, ἐρεῖσα τὴν ——μετὰ δόλου πρὸς τοὺς ἄνδρας ὁμιλίαν καὶ χάριν ἔδειξεν· ——Τοιαῦτα γὰρ ὁ Ζεὺς ἀπειλεῖ καὶ λέγει πρὸς αὐτήν· " Ὄφρα ἴδῃς, " &c." Plutarch. *de audiend. Poetis.*

Ver. 34.

Ἣν ἐμίγης ἐλθοῦσα θεῶν ἄπο, καί μ' ἀπάτησας.
Ὣς φάτο· ῥίγησεν δὲ βοῶπις πότνια Ἥρη,
Καί μιν φωνήσασ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ἴστω νῦν τόδε Γαῖα καὶ Οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν,
Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιστος
Ὅρκος, δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι·
Σή θ' ἱερὴ κεφαλὴ, καὶ νωΐτερον λέχος αὐτῶν
Κουρίδιον, τὸ μὲν οὐκ ἂν ἐγώ ποτε μὰψ ὀμόσαιμι·
Μὴ δι' ἐμὴν ἰότητα Ποσειδάων ἐνοσίχθων
Πημαίνει Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα, τοῖσι δ' ἀρήγει·
Ἀλλά που αὐτὸν θυμὸς ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει·
Τειρομένους δ' ἐπὶ νηυσὶν ἰδὼν ἐλέησεν Ἀχαιούς.
Αὐτάρ τοι κἀκείνῳ ἐγὼ παραμυθησαίμην,
Τῇ ἴμεν, ᾗ κεν δὴ σὺ, Κελαινεφὲς, ἡγεμονεύοις.
Ὣς φάτο· μείδησεν δὲ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,

" Quo mista es, veniens seorsum-à diis, & me decepisti.
Sic dixit: Cohorruit autem magnis-oculis veneranda Juno,
Et eum compellans verbis alatis allocuta est;
" Sciat nunc hoc Terra & Cœlum latum supernè,
" Et subterlabens Stygis aqua, quod utique maximum
" Juramentum, gravissimúmque est beatis diis;
" Tuúmque sacrum caput, & noster torus ipsorum
" Nuptialis, quem quidem non ego unquam temerè jurârim;
" Non meo hortatu Neptunus terræ-quassator
" Cladem-infert Trojanis & Hectori, *Argivis* autem auxiliatur:
" Sed nimirùm ipsum *suus* animus incitat jubétque;
" Afflictos autem ad naves videns miseratus est Achivos.
" Atquin & ei ego consuluerim,
" Eò ire, quò quidem tu, *O Jupiter*, atras-nubes-cogens, imperaveris.
Sic dixit: Subrisit autem pater hominúmque deûmque,

Ver. 34. —βοῶπις.] Vide suprà ad α', 551.

Ver. 36. Ἴστω νῦν τόδε γαῖα καὶ οὐρανός.]
Esto nunc Sol testis, & hæc mihi terra precanti. *Æn.* XII, 176.
Fontesque fluviosque voco, quæque ætheris alti
Relligio, & quæ cæruleo sunt numina ponto. *ibid. v*, 181.

Ver. 37. Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιστος Ὅρκος, δεινότατός τε —θεοῖσι.]
—idque ratum, Stygii per flumina fratris,
Per pice torrentes atrâque voragine ripas,
Annuit.— *Æn.* IX, 104; & X, 113.
Adjuro Stygii caput implacabile fontis,
Una superstitio superis quæ reddita Divis. *Æn.* XII, 816.

Μάλιστα δὲ τῆς Στυγὸς τὸ ὄνομα ἐς τὴν ποίησιν ἐπηγάγετο Ὅμηρος· Ἐν μὲν γε Ἥρας ἐποίησεν ὅρκῳ, "Ἴστω νῦν —τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ." Ταῦτα μὲν δὴ ἐποίησεν ὡς ἂν ἰδὼν ἐς τὸ ὕδωρ τῆς Στυγὸς στάζον. —Τὸ δὲ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ τοῦ παρὰ τὴν Νώνακριν στάζον, ἐμπίπτει μὲν πρῶτον ἐς πέτραν ὑψηλήν· διεξελθὸν δὲ διὰ τῆς πέτρας, ἐς τὸν Κρᾶθιν ποταμὸν κάτεισι. Θάνατον δὲ τὸ ὕδωρ ἐστὶ τοῦτο, καὶ ἀνθρώπῳ καὶ ἄλλῳ ζώῳ παντί. *Pausanias lib.* 8. *cap.* 18.

Ver. 39. —καὶ νωΐτερον λέχος αὐτῶν Κουρίδιον.]
Per connubia nostra, per inceptos Hymenæos;
Si benè quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
Dulce meum.— *Æn.* IV, 316.

Ver. 44. Τειρομένους.] *Al.* Κτεινομένους.

Ver. 46. —ᾗ κεν δὴ] *Quócunque demùm*—.

Ibid. —ἡγεμονεύοις.] *Al.* ἡγεμονεύῃς.

Ver. 47. —πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.] Vide suprà ad *ver.* 12.

Καί μιν ἀμειβόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Εἰ μὲν δὴ σύ γ' ἔπειτα, βοῶπις πότνια Ἥρη,
Ἶσον ἐμοὶ φρονέουσα μετ' ἀθανάτοισι καθίζοις,
Τῷ κε Ποσειδάων γε, καὶ εἰ μάλα βούλεται ἄλλῃ,
Αἶψα μεταστρέψειε νόον, μετὰ σὸν καὶ ἐμὸν κῆρ·
Ἀλλ' εἰ δή ῥ' ἐτεόν γε καὶ ἀτρεκέως ἀγορεύεις,
Ἔρχεο νῦν μετὰ φῦλα θεῶν, καὶ δεῦρο κάλεσσον
Ἶρίν τ' ἐλθέμεναι, καὶ Ἀπόλλωνα κλυτότοξον,
Ὄφρ' ἡ μὲν μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων
Ἔλθῃ, καὶ εἴπῃσι Ποσειδάωνι ἄνακτι,
Παυσάμενον πολέμοιο, τὰ ἃ πρὸς δώμαθ' ἱκέσθαι·
Ἕκτορα δ' ὀτρύνῃσι, μάχην ἐς, Φοῖβος Ἀπόλλων,
Αὖτις δ' ἐμπνεύσῃσι μένος, λελάθῃ δ' ὀδυνάων,
Αἳ νῦν μιν τείρουσι κατὰ φρένας· αὐτὰρ Ἀχαιοὺς
Αὖτις ἀποστρέψῃσιν, ἀνάλκιδα φύζαν ἐνόρσας·
Φεύγοντες δ' ἐν νηυσὶ πολυκλήϊσι πέσωσι
Πηλείδεω Ἀχιλῆος· ὁ δ' ἀνστήσει ὃν ἑταῖρον
Πάτροκλον, τὸν δὲ κτενεῖ ἔγχεϊ φαίδιμος Ἕκτωρ
Ἰλίου προπάροιθε, πολέας ὀλέσαντ' αἰζηοὺς

Et eam respondens verbis alatis allocutus est;
" Si quidem tu jam deinceps, magnis-oculis veneranda Juno,
" Idem mecum sentiens inter immortales sederis;
" *Tum* eódem sanè Neptunus, etiam si maximè velit aliò,
" Confestim & *suam* converterit mentem, ad tuam & meam voluntatem.
" Quin, si jam quidem ex-animo & verè loqueris,
" Vade nunc ad cœtus deorum, & huc vocatos-jube
" Irimque accedere, & Apollinem inclytum-arcu;
" Ut illa quidem ad exercitum Achivorum ære-loricatorum
" Eat, & dicat Neptuno regi,
" Ut, relictâ pugnâ, suas ad ædes redeat:
" Hectorem verò excitet ad pugnam Phœbus Apollo,
" Iterúmque inspiret robur, oblivisciquefaciat dolorum
" Qui nunc ei premunt præcordia: Achivos autem
" Iterùm avertat, imbelli fugâ immissâ:
" Fugientes autem, in naves multa-transtra-habentes incidant
" Pelidæ Achillis: Is verò excitabit suum socium
" Patroclum, illúmque interficiet hastâ illustris Hector
" Ilium ante; multos ubi-*ille*-peremerit juvenes

Ver. 48. —ἀμειβόμενος ἔπεα.] Quâ ratione, ἀμειβόμενος, hîc ultimam producat; vide suprà ad ά, 51.

Ver. 49. Εἰ μὲν δὴ σύ.] *Siquidem tu reverâ*——.

Ver. 50. —ἀθανάτοισι.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 56—77. Ὄφρ' ἡ μὲν ——Ἀχιλλῆα πτολίπορθον.] Versus hosce *viginti duos*, tanquam suppositos, repudiârant Veterum nonnulli: Rationibus, ut mihi quidem videtur, haud satis idoneis. Quâ de re videatur *Eustathius*.

Ver. 58. Παυσάμενον.] *Al.* Παυσαμένην.

Ver. 64. —Ἀχιλῆος.] Vide suprà ad ν', 324.

Ibid.—ἀνστήσει.] *Al.* ἀνστήσῃ.

Ver. 66. Ἰλίου.] De hujusmodi vocabulorum *prosodiâ*, vide suprà ad *ver.* 24. Ineptè admodum *Barnesius*, " *Producitur* (inquit) εἰς ἀναγκαῖον ἀναπληρωμὸν τοῦ Σπονδείου." Quasi scilicet vox, Ἰλίου, locum non haberet sexcenties *pes dactylus*.

Τοὺς ἄλλους, μετὰ δ', υἱὸν ἐμὸν Σαρπηδόνα δῖον·
Τοῦ δὲ χολωσάμενος κτενεῖ Ἕκτορα δῖος Ἀχιλλεύς.
Ἐκ τοῦδ' ἄν τοι ἔπειτα παλίωξιν παρὰ νηῶν
Αἰὲν ἐγὼ τεύχοιμι διαμπερὲς, εἰσόκ' Ἀχαιοὶ
Ἴλιον αἰπὺ ἕλοιεν, Ἀθηναίης διὰ βουλάς.
Τοπρὶν δ' οὔτ' ἄρ' ἐγὼ παύσω χόλον, οὔτε τιν' ἄλλων
Ἀθανάτων Δαναοῖσιν ἀμυνέμεν ἐνθάδ' ἰάσω,
Πρίν γε τὸ Πηλεΐδαο τελευτηθῆναι ἐέλδωρ·
Ὥς οἱ ὑπέστην πρῶτον, ἐμῷ δ' ἐπένευσα κάρητι
Ἤματι τῷ, ὅτ' ἐμεῖο θεὰ Θέτις ἥψατο γούνων,
Λισσομένη τιμῆσαι Ἀχιλλῆα πτολίπορθον.
Ὣς ἔφατ'· οὐδ' ἀπίθησε θεὰ λευκώλενος Ἥρη·
Βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων ἐς μακρὸν Ὄλυμπον.
Ὡς δ' ὅτ' ἀναΐξῃ νόος ἀνέρος, ὅστ' ἐπὶ πολλὴν
Γαῖαν ἐληλουθὼς, φρεσὶ πευκαλίμῃσι νοήσῃ,
Ἔνθ' εἴην, ἢ ἔνθα, μενοινήσειέ τε πολλά·
Ὣς κραιπνῶς μεμαυῖα διέπτατο πότνια Ἥρη·
Ἵκετο δ' αἰπὺν Ὄλυμπον, ὁμηγερέεσσι δ' ἐπῆλθεν
Ἀθανάτοισι θεοῖσι Διὸς δόμῳ· οἱ δὲ ἰδόντες,

" *Cùm* alios, tum filium meum Sarpedona nobilem:
" *Ob Patroclum* autem iratus interficiet Hectorem nobilis Achilles.
" Ex eo deinceps tempore ut-iterum-in-fugam-avertantur-*Trojani* à navibus
" Semper ego efficiam perpetuò; usque-dum Achivi
" Ilium excelsum ceperint, Minervæ consiliis.
" Priùs autem neque ego cessabo ab irâ, neque quempiam aliorum
" Immortalium Danais auxiliari hîc finam,
" Quàm Pelidæ expletum fuerit desiderium;
" Sicut ei promisi primùm, meóque annui capite
" Die illo, quando mihi Dea Thetis tetigit genua,
" Supplicans, ut honorarem Achillem urbium-vastatorem.
Sic dixit: Neque non-obsecuta-est dea ulnas-candida Juno;
Discessit itaque ab Idæis montibus, *ut iret* ad excelsum Olympum.
Sicut verò cùm se arrigit mens viri, qui per multas
Terras profectus, præcordiis *in* prudentibus secum-cogitat,
" Huc iverim, vel illuc," animóque versat multa:
Sic celeriter viam-carpens pervolavit veneranda Juno;
Pervenitque in excelsum Olympum: Congregatis autem supervenit
Immortalibus diis, Jovis in domo: Illi verò conspicati,

Ver. 72. —οὔτ' ἄρ'.] *Al.* οὔτ' ἄν.
Ibid. —παύσω.] *Al.* παύω.
Ver. 229, 230. —νίψ'——Νίψατο.] Notandus hîc maximè proprius & primigenius *vocis mediæ* uſus. Ἔνιψε, *lavit poculum*; ἐνίψατο, *lavit manus ſibi ipſe ſuas.*

Ver. 233. —Πελασγικέ.] *Al.* Πελαργικέ.

Ver. 234. —ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι.]

Μαντεῖα καινὰ,————————
Ἃ τῶν ὀρείων καὶ χαμαικοιτῶν ἐγὼ
Σελλῶν ἐσελθὼν ἄλσος εἰσεγραψάμην

Πρὸς τῆς πατρῴας καὶ πολυγλώσσου δρυός.
Sopocl. Trachin. 1173.

Cæterùm alii hîc legunt, ——" ἀμφὶ δὲ σ' " Ἑλλοὶ Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται· " ἤγουν, περί σε ναίουσιν οἱ Ἑλλοὶ οἱ σοὶ ὑποφῆται. Quæ, ad ſententiæ quidem conſtructionem, æquè probabilis lectio; neque omninò (quod credidit *Barneſius*) ex eo refutatur, quòd vox σοὶ ſequatur. Ἠλείους δὲ οἱ " Σελλοὺς " γράφουσι. *Euſtath.*

Ver. 236. Ἠ μὲν δή ποτ' ἐμὸν ἔπος.] Ἠδη μέν ποτ' ἐμεῦ πάρος———. ά, 453. Cæterùm quâ ratione, ἐμὸν, hic ultimam producat; item ἐμὲ, *ver.* 237; & μὲν, *ver.* 251; vide ſuprà ad ά, 51.

Ver. 240.

Ἀλλ' ἕταρον πέμπω, πολέσιν μετὰ Μυρμιδόνεσσι,
Μάρνασθαι· τῷ κῦδος ἅμα πρόες εὐρύοπα Ζεῦ·
Θάρσυνον δέ οἱ ἦτορ ἐνὶ φρεσὶν, ὄφρα καὶ Ἕκτωρ
Εἴσεται, ἤ ῥα καὶ οἶος ἐπίστηται πολεμίζειν
Ἡμέτερος θεράπων, ἤ οἱ τότε χεῖρες ἄαπτοι
Μαίνονθ', ὁππότ' ἐγώ περ ἴω μετὰ μῶλον Ἄρηος.
Αὐτὰρ ἐπεί κ' ἀπὸ ναῦφι μάχην ἐνοπήν τε δίηται,
Ἀσκηθής μοι ἔπειτα θοὰς ἐπὶ νῆας ἵκοιτο,
Τεύχεσί τε ξὺν πᾶσι καὶ ἀγχεμάχοις ἑτάροισιν.
Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος· τοῦ δ' ἔκλυε μητίετα Ζεύς·
Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε·
Νηῶν μέν οἱ ἀπώσασθαι πόλεμόν τε μάχην τε
Δῶκε, σόον δ' ἀνένευσε μάχης ἐξαπονέεσθαι.
Ἤτοι ὁ μὲν, σπείσας τε, καὶ εὐξάμενος Διῒ πατρὶ,
Ἂψ κλισίην εἰσῆλθε, δέπας δ' ἀπέθηκ' ἐνὶ χηλῷ.
Στῆ δὲ πάροιθ' ἐλθὼν κλισίης, ἔτι δ' ἤθελε θυμῷ
Εἰσιδέειν Τρώων καὶ Ἀχαιῶν φύλοπιν αἰνήν.

" Sed socium mitto, multis cum Myrmidonibus,
" Ad-pugnam: cum hoc unà victoriam præmitte, latè-sonans Jupiter;
" Confirma autem ei cor in præcordiis; ut & Hector
" Intelligat, num, etiam solus *cùm sit*, sciat pugnare
" Noster famulus; an ei tunc *tantùm* manus invictæ
" Insaniant, quandò ego îero ad pugnam Martis.
" Ac postquam à navibus prælium clamorémque repulerit,
" Incolumis mihi posteà veloces ad naves redeat,
" Armisque cum omnibus, & cominùs-pugnantibus sociis.
Sic dixit precans; hunc autem audivit Jupiter;
Eique alterum quidem dedit pater, alterum verò abnuit:
A navibus quidem ei repellere præliúmque pugnámque
Dedit, salvum autem *Patroclum* abnuit è pugnâ reverti.
Atque hic quidem, ubi *ita* libâratque & supplicaverat Jovi patri,
Rursus tentorium ingressus est, poculúmque reposuit in arcâ.
Stetit autem egressus pro tentorio: adhuc enim voluit animo
Spectare Trojanorum & Achivorum pugnam gravem.

Ver. 240. —πολέσιν.] *Al.* πολέσι. Quod & ferri potest.

Ver. 241. —εὐρύοπα.] Vide suprà ad ά, 175.

Ver. 242. Θάρσυνον.] De analogiâ vocabulorum, θαρσύνω, θάρσυνος· μαρτύρομαι, μάρτυρος· νίφειν, νιφάδες· & similium innumerorum, in quibus nullus unquam est *licentiæ* locus; vide suprà ad ά, 338; & ad ζ', 434.

Ver. 243. —ἐπίστηται πολεμίζειν.] *Al.* ἐπίσταιτο πολεμίζειν.

Ver. 245. —ὁππότ' ἐγώ περ.] *Quando ego demùm* ———.

Ver. 249. —μητίετα.] Vide suprà ad ά, 175.

Ver. 250.— ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε.]

Audiit, & voti Phœbus succedere partem
Mente dedit, partem volucres dispersit in auras.
Sterneret ut subitâ turbatam morte Camillam,
Annuit oranti; reducem ut patria alta videret,
Non dedit; inque Notos vocem vertêre procellæ. *Æn.* XI, 794.

Ver. 251. —πόλεμόν τε μάχην τε.] Vide suprà ad ή, 232, 279.

Ver. 252. —ἐξαπονέεσθαι.] *Al.* ἐξ ἀπονέεσθαι. Vide suprà ad ά, 398.

Οἱ δ' ἅμα Πατρόκλῳ μεγαλήτορι θωρηχθέντες
Ἔστιχον, ὄφρ' ἐν Τρωσὶ μέγα φρονέοντες ὄρουσαν.
Αὐτίκα δὲ σφήκεσσιν ἐοικότες ἐξεχέοντο
Εἰνοδίοις, οὓς παῖδες ἐριδμαίνουσιν ἔθοντες,
Αἰεὶ κερτομέοντες, ὁδῷ ἔπι οἰκί' ἔχοντας,
Νηπίαχοι· ξυνὸν δὲ κακὸν πολέεσσι τιθεῖσι.
Τοὺς δ' εἴ περ παρά τίς τε κιὼν ἄνθρωπος ὁδίτης
Κινήσει ἀέκων, οἱ δ' ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες
Πρόσσω πᾶς πέτεται, καὶ ἀμύνει οἷσι τέκεσσι.
Τῶν τότε Μυρμιδόνες κραδίην καὶ θυμὸν ἔχοντες,
Ἐκ νηῶν ἐχέοντο· βοὴ δ' ἄσβεστος ὀρώρει.
Πάτροκλος δ' ἑτάροισιν ἐκέκλετο, μακρὸν ἀΰσας·
Μυρμιδόνες, ἕταροι Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
Ἀνέρες ἔστε, φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς·
Ὡς ἂν Πηλείδην τιμήσομεν, ὃς μέγ' ἄριστος
Ἀργείων παρὰ νηυσὶ, καὶ ἀγχέμαχοι θεράποντες·
Γνῷ δὲ καὶ Ἀτρείδης, εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων,
Ἣν ἄτην, ὅτ' ἄριστον Ἀχαιῶν οὐδὲν ἔτισεν.
Ὡς εἰπὼν, ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου·

Illi verò cum Patroclo magnanimo armati
Ordine-ibant, donec in Trojanos magnis cum animis irruerent.
Protinùs autem vespis similes effundebantur
In-viâ-habitantibus, quas pueri irritant de more,
Assiduè vexantes, in viâ domicilia habentes,
Insipientes; commune autem malum multis faciunt.
Has porrò si aliquis prætereuns homo viator
Moverit insciens, ipsæ continuò animosum cor habentes,
Ultrò quæque provolat, & defendit suos fœtus.
Harum tunc Myrmidones cor & animum habentes,
Ex navibus fundebantur: clamor autem immensus ortus est.
Patroclus verò socios hortabatur, altùm clamans;
" Myrmidones, socii Pelidæ Achillis,
" Viri estote, amici; recordaminique strenuæ fortitudinis;
" Ut Pelidem honoremus, qui longè fortissimus *est*
" Argivorum apud naves, & cominùs-pugnantes famuli:
" Cognoscat autem & Atrides latè-dominans Agamemnon
" Suam noxam, quòd fortissimum Achivorum nihil honoravit.
Sic fatus, excitavit robur & animum uniuscujusque:

Ver. 260. —ἐριδμαίνουσιν.] Ita Codex *Harleian.* à *Jo. Bentleio* collatus. Atque ita *Eustathius* in *Commentario*, & hunc ad locum, & suprà ad ί, 536. Quod & optimè congruit cum sequente, ἔθοντες. *Al.* ἐριδμαίνωσιν· Quod & ipsum quoque ferri possit.

Ibid. —ἔθοντες.] Ἐξ ἔθους βλάπτοντες—τὰ σιωπῇ παράπτοντες· *Eustath.* ad ί, 536.

Ver. 261. —ἔχοντας.] *Al.* ἔχοντες.

Ver. 263. —παρά τίς τε κιὼν.] Scholiastes, Τὸ ἑξῆς, inquit, παριών τις· Unde videtur is legisse, παρά τίς τε ἰών. Cod. *Harleian.* habet, παρά τίς κε κιών.

Ver. 263, 264. Τοὺς δ'——, οἱ δ'.] Vide suprà ad ά, 57; ad γ', 200; & ad δ', 160.

Ver. 264. Κινήσει.] *Al.* Κινήσῃ.

Ver. 269. Μυρμιδόνες, ἕταροι.] Quâ ratione Μυρμιδόνες, hic ultimam producat; item αἰτιχοὺ, *ver.* 285; vide suprà ad ά, 51.

Ver. 275. —ὤτρυνε μένος.] Vide supra ad ν', 44.

Ver. 279.

Ἐν δ' ἔπεσον Τρώεσσιν ἀολλέες· ἀμφὶ δὲ νῆες
Σμερδαλέον κονάβησαν, ἀϋσάντων ὑπ' Ἀχαιῶν.
Τρῶες δ', ὡς εἴδοντο Μενοιτίου ἄλκιμον υἱὸν,
Αὐτὸν, καὶ θεράποντα, σὺν ἔντεσι μαρμαίροντας,
Πᾶσιν ὀρίνθη θυμὸς, ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες,
Ἐλπόμενοι παρὰ ναῦφι ποδώκεα Πηλείωνα
Μηνιθμὸν μὲν ἀπορρῖψαι, φιλότητα δ' ἑλέσθαι·
Πάπτηνεν δὲ ἕκαστος, ὅπῃ φύγοι αἰπὺν ὄλεθρον.
Πάτροκλος δὲ πρῶτος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ
Ἀντικρὺ κατὰ μέσσον, ὅθι πλεῖστοι κλονέοντο,
Νηῒ παρὰ πρύμνῃ μεγαθύμου Πρωτεσιλάου·
Καὶ βάλε Πυραίχμην, ὃς Παίονας ἱπποκορυστὰς
Ἤγαγεν ἐξ Ἀμυδῶνος, ἀπ' Ἀξιοῦ εὐρὺ ῥέοντος·
Τὸν βάλε δεξιὸν ὦμον· ὁ δ' ὕπτιος ἐν κονίῃσι
Κάππεσεν οἰμώξας· ἕταροι δέ μιν ἀμφεφόβηθεν
Παίονες· ἐν γὰρ Πάτροκλος φόβον ἧκεν ἅπασιν,
Ἡγεμόνα κτείνας, ὃς ἀριστεύεσκε μάχεσθαι.
Ἐκ νηῶν δ' ἔλασεν, κατὰ δ' ἔσβεσεν αἰθόμενον πῦρ.
Ἡμιδαὴς δ' ἄρα νηῦς λίπετ' αὐτόθι· τοὶ δ' ἐφόβηθεν

Irruerunt itaque in Trojanos conferti: Circùm autem naves
Terribilitèr resonabant, clamantibus ab Achivis.
Trojani autem, ut viderunt Menœtii fortem filium,
Ipsum, & famulum, cum armis coruscantes;
Omnibus commotus est animus, inclinatæque sunt Phalanges,
Existimantes apud naves velocem Pelidem
Iram quidem abjecisse, in gratiam verò rediisse:
Circumspectabat igitur unusquisque, quà effugere-posset gravem perniciem.
Patroclus autem primus jaculatus est hastâ fulgenti,
Rectà in medium, ubi plurimi tumultuabantur,
Navis ad puppim magnanimi Protesilai:
Et percussit Pyræchmen, qui Pæonas equestres-bellatores
Duxit ex Amydone, ab Axio latè fluente:
Hunc percussit dextrum humerum; is autem supinus in pulvere
Concidit edito-gemitu; socii autem circa ipsum in-fugam-conjecti-sunt
Pæones: Patroclus enim terrorem immiserat omnibus,
Ductore occiso, qui præstantissimus erat in pugnâ.
A navibus igitur *eos* repulit, extinxitque ardentem ignem:
Semiusta autem navis relicta est illic: In fugam verò versi sunt

Ver. 279. —θεράποντα.] *Automedonta*, ver. 219.

Ver. 283. —ὅπη φύγοι.] *Al.* ὅπως φύγῃ, & ὅπως φύγη.

Ver. 284. —ἀκόντισε.] Vide suprà ad δ', 140.

Ver. 285. —πλεῖστοι κλονέοντο.] *Al.* πλεῖστοι καὶ ἄριστοι.

Ver. 286. Νηῒ —— Πρωτεσιλάου.] Suprà, ό, 705.

Ver. 287. —Πυραίχμην.] *Schol.* Πεποίηται τὸ ὄνομα τοῦ στρατηγοῦ, παρὰ τὸ πῦρ καὶ αἰχμὴν φέρειν τῇ νηΐ. Ineptè, ut videtur. Nam ab initio appellatus est Πυραίχμης· β', 848.

Ibid. —ἱπποκορυστάς.] Vide suprà ad β', 1.

Ver. 289. —ἐν κονίῃσι Κάππεσεν.] Vide suprà ad ν', 508.

Ver. 294. —ἄρα] *Proinde* ————.

Ver. 298.

Τρῶες θεσπεσίῳ ὁμάδῳ· Δαναοὶ δ' ἐπέχυντο
Νῆας ἀνὰ γλαφυράς· ὅμαδος δ' ἀλίαστος ἐτύχθη.
Ὡς δ' ὅτ' ἀφ' ὑψηλῆς κορυφῆς ὄρεος μεγάλοιο
Κινήσῃ πυκινὴν νεφέλην στεροπηγερέτα Ζεύς,
Ἔκ τ' ἔφανον πᾶσαι σκοπιαὶ καὶ πρώονες ἄκροι,
Καὶ νάπαι, οὐρανόθεν δ' ἄρ' ὑπερράγη ἄσπετος αἰθήρ·
Ὣς Δαναοὶ νηῶν μὲν ἀπωσάμενοι δήϊον πῦρ,
Τυτθὸν ἀνέπνευσαν· πολέμου δ' οὐ γίνετ' ἐρωή·
Οὐ γάρ πώ τι Τρῶες ἀρηϊφίλων ὑπ' Ἀχαιῶν
Προτροπάδην φοβέοντο μελαινάων ἀπὸ νηῶν,
Ἀλλ' ἔτ' ἄρ' ἀνθίσταντο, νεῶν δ' ὑπόεικον ἀνάγκῃ.
Ἔνθα δ' ἀνὴρ ἕλεν ἄνδρα, κεδασθείσης ὑσμίνης,
Ἡγεμόνων· πρῶτος δὲ Μενοιτίου ἄλκιμος υἱὸς
Αὐτίκ' ἄρα στρεφθέντος Ἀρηϊλύκου βάλε μηρὸν
Ἔγχεϊ ὀξυόεντι, διαπρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσε·

Trojani, immani cum tumultu: Danai autem effundebantur
Naves per cavas: tumultúsque vehemens factus est.
Ut verò, cùm à summo vertice montis magni
Dimoverit densam nubem fulgurator Jupiter,
Continuóque apparent omnes speculæ & cacumina prominentia,
Et saltus, cœlitúsque adaperitur immensa æthra:
Sic Danai, à navibus quidem depulso hostili igne,
Paululùm respirârunt; pugnæ tamen non erat cessatio:
Nondum enim prorsùs Trojani bellicosis ab Achivis
Versis-ubique-tergis fugabantur nigris à navibus;
Sed adhuc resistebant, atque à navibus recedebant necessitate.
Tum verò vir interfecit virum, diffusâ-latè pugnâ,
Ducum: Primus utique Menœtii fortis filius
Statim aversi Areïlyci percussit femur
Hastâ acutâ, penitúsque æs transegit;

Ver. 298. Κινήσῃ.] *Al.* Κινήσει.

Ibid. —στεροπηγερέτα.] Vide suprà ad ά, 175.

Ver. 299. —ἔφανον.] Cod. *Harleian.* ἔφανεν.

Ver. 300. —ὑπερράγη ἄσπετος αἰθήρ.] *Schol.* Ἐξέλαμψεν αἰθήρ· τουτέστιν, ἀστραπὴ ἐγένετο. Similitèr & *Eustathius.* Non tamen videtur hoc de *fulgurum nictationibus* dictum, sed de *Serenitate cœli* post disjectas nubes. Vide suprà, θ', 554, &c.

Ver. 301. Ὣς Δαναοὶ ——— ἀνέπνευσαν.] Rectè hic *Eustathius:* Ὁ ποιητὴς ——— πολλαχοῦ τὴν ἐν πολέμῳ ἀνάπνευσιν, "Φάος" λέγει. ——— κατὰ τό,

——— ἤν πού τι φόως Δαναοῖσι γένωμαι. *ver.* 39.

——— ἐπὴν φάος ἐν νήεσσι
Θείης. ——— ——— *ver.* 95.

Ver. 302. —ἐρωή.] *Schol.* Νῦν, ὁρμή· ἔστι δ' ὅτε τὴν ἡσυχίαν καὶ ἀνάπαυσιν δηλοῖ. Debuerat è contrario scripsisse; Νῦν, ἡσυχία καὶ ἀνάπαυσις· (ἔστι δ' ὅτε τὴν ὁρμὴν δηλοῖ.) Ut ex sequenti versu liquet; Οὐ ΓΑ'Ρ πω, &c.

Ver. 306. Ἔνθα δ' ἀνὴρ ἕλεν ἄνδρα, κεδασθείσης ὑσμίνης, Ἡγεμόνων· πρῶτος δὲ —.] Rectè hîc *Barnesius* ex *Eustathio;* Ἔνθα τῶν ἡγεμόνων, ἀνὴρ ἕλεν ἄνδρα· καὶ Πάτροκλος μὲν πρῶτος ———. Alii, malè interpungendo, conjungunt ὑσμίνης ἡγεμόνων· alii, nihilo minùs ineptè, ἡγεμόνων πρῶτος δὲ ———. Cæterùm de totâ sequenti narratione *Eustathius:* Ὅρα δὲ καὶ ἐνταῦθα πολλὴν ποικιλίαν· ——— τοιαύτη τις κἀνταῦθα τῷ Ὁμηρικῷ πέπλῳ ποικιλία ἐμπάσσεται· καὶ οὐ μόνον κατὰ τὰς τρώσεις τῶν πληγῶν τε καὶ τραυμάτων, ἀλλὰ καὶ κατὰ φράσιν τὴν αὐτοῦ τοῦ "ἔθανεν." Ἀντὶ γὰρ τοῦ ῥήματος τούτου, ἐφ' ἑκάστῳ ἄλλως καὶ ἄλλως φράζει. Οἷον, ———

Ver. 308. —ἄρα.] Connectitur isto vocabulo sententia hæc cum eo quod præcessit, *ver.* 283.

Ver. 309. —ὀξυόεντι.] Vide suprà ad ί, 50.

Ver. 310.

Ῥῆξεν δ' ὀστέον ἔγχος· ὁ δὲ, πρηνὴς ἐπὶ γαίης
Κάππεσ'· ἀτὰρ Μενέλαος ἀρήϊος οὖτα Θόαντα,
Στέρνον γυμνωθέντα παρ' ἀσπίδα· λῦσε δὲ γυῖα.
Φυλεΐδης δ' Ἄμφικλον ἐφορμηθέντα δοκεύσας,
Ἔφθη ὀρεξάμενος πρυμνὸν σκέλος, ἔνθα πάχιστος
Μυὼν ἀνθρώπου πέλεται· ἐπὶ δ' ἔγχεος αἰχμῇ
Νεῦρα διεσχίσθη· τὸν δὲ σκότος ὄσσ' ἐκάλυψε.
Νεστορίδαι δ', ὁ μὲν οὔτασ' Ἀτύμνιον ὀξέϊ δουρὶ
Ἀντίλοχος, λαπάρης δὲ διήλασε χάλκεον ἔγχος·
Ἤριπε δὲ προπάροιθε· Μάρις δ' αὐτοσχεδὰ δουρὶ
Ἀντιλόχῳ ἐπόρουσε, κασιγνήτοιο χολωθεὶς,
Στὰς πρόσθεν νέκυος· τοῦ δ' ἀντίθεος Θρασυμήδης
Ἔφθη ὀρεξάμενος, πρὶν οὐτάσαι· οὐδ' ἀφάμαρτεν,
Ὦμον ἄφαρ· πρυμνὸν δὲ βραχίονα δουρὸς ἀκωκὴ
Δρύψ' ἀπὸ μυώνων, ἀπὸ δ' ὀστέον ἄχρις ἄραξε·
Δούπησεν δὲ πεσὼν, κατὰ δὲ σκότος ὄσσ' ἐκάλυψεν.
Ὣς τὼ μὲν δοιοῖσι κασιγνήτοισι δαμέντε
Βήτην εἰς Ἔρεβος, Σαρπηδόνος ἐσθλοὶ ἑταῖροι,

Fregit autem os hasta: Is verò, pronus in terram
Decidit: Item Menelaus mavortius vulneravit Thoantem,
Pectore nudatum juxta scutum; solvitque membra.
Phylides autem Amphiclum irruentem observans,
Prior assecutus percussit extremum crus, ubi crassissima
Sura hominis est; circúmque hastæ cuspide
Nervi discissi sunt: eum verò tenebræ oculos cooperuerunt.
Nestoridæ autem; alter quidem vulneravit Atymnium acutâ hastâ,
Nempè Antilochus, pérque ile trajecit æream hastam;
Cecidit igitur *hic ei* ad pedes: Maris autem cominùs hastâ
In Antilochum irruebat, ob fratrem iratus,
Stans ante cadaver; eum verò deo-par Thrasymedes
Prior est assequutus, antequam *is Antilochum* vulneraret; nec aberravit,
Sed vulneravit eum ad humerum protinùs; extremum autem brachium hastæ cuspis
Amputavit à musculis, & os penitùs abscidit:
Fragorem igitur edidit cadens, & caligo *ei* oculos cooperuit.
Sic illi quidem duo duobus à fratribus domiti
Iverunt ad erebum, Sarpedonis fortes socii,

Ver. 310. —γαίης.] *Al.* γαίη.
Ver. 311. —οὖτα.] Vide suprà ad ν', 192.
Ver. 313. Φυλεΐδης.] *Meges, Phylei filius.*
Ver. 315. —αἰχμῇ.] Cod. *Harleian.* αἰχμῆ. Et *Schol.* ibidem inedita, ὀξύτητι.
Ver. 317, 322. —οὔτασ'.] Vide suprà ad δ', 140.
Ver. 321. —πρόσθεν νέκυος.] Cod. *Harleian.* à *Th. Bentleio* collatus, προπάροιθε νέκυος. Quod & ferri possit. Nam νέκυος, ut ex Scriptoribus Tragicis liquet, pronuntiabatur interdum νέκυς. Vide & infrà, *ver.* 526.

Ver. 322. —πρὶν οὐτάσαι.] Quâ ratione, πρὶν, hîc (etiam extra cæsuram) producatur; item ἀντικρὺ, *ver.* 346; vide suprà ad α', 51.
Ver. 324. —ἀπὸ δ' ὀστέον ἄχρις ἄραξε.] *Schol.* Ἀπέσχισε τὴν σάρκα ἄχρι τοῦ ὀστοῦ. *Eustathius*; Ἀπάραξε τοὺς μῦς, εἰς ὀστοῦν ἄχρι. At, οἱ παλαιοὶ, inquit, τὸ ἄχρις, ἀντὶ τοῦ ὅλως, φασί. Túmque os ipsum dicetur abscissum.
Ver. 325. Δούπησεν.] Vide suprà ad ν', 181.

Υἷες ἀκοντισταὶ Ἀμισωδάρου· ὅς ῥα Χίμαιραν
Θρέψεν ἀμαιμακέτην, πολέσιν κακὸν ἀνθρώποισιν.
Αἴας δὲ Κλεόβουλον Ὀϊλιάδης ἐπορούσας
Ζωὸν ἕλε, βλαφθέντα κατὰ κλόνον· ἀλλά οἱ αὖθι
Λῦσε μένος, πλήξας ξίφει αὐχένα κωπήεντι.
Πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι· τὸν δὲ κατ' ὄσσε
Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.
Πηνέλεως δὲ, Λύκων τε, συνέδραμον· ἔγχεσι μὲν γὰρ
Ἤμβροτον ἀλλήλων, μέλεον δ' ἠκόντισαν ἄμφω·
Τὼ δ' αὖτις ξιφέεσσι συνέδραμον· ἔνθα Λύκων μὲν
Ἱπποκόμου κόρυθος φάλον ἤλασεν, ἀμφὶ δὲ καυλὸν
Φάσγανον ἐρραίσθη· ὁ δ' ὑπ' οὔατος αὐχένα θεῖνε
Πηνέλεως, πᾶν δ' εἴσω ἔδυ ξίφος, ἔσχεθε δ' οἶον
Δέρμα· παρηέρθη δὲ κάρη, ὑπέλυντο δὲ γυῖα.

Filii jaculatores Amisodari; qui Chimæram
Nutrivit insuperabilem, multis perniciem hominibus.
Ajax verò Cleobulum Oïliades impetu-facto
Vivum cepit, impeditum in turbâ; sed ei ibi-statim
Solvit robur, percutiens ense cervicem capulum-magnum-habente.
Totus autem incaluit ensis sanguine; eique oculos
Occupavit purpurea mors, & fatum violentum.
Peneleus autem Lycónque concurrerunt; hastis enim
Aberrârant à se invicem, & incassùm jaculati erant ambo:
Hi igitur rursus ensibus concurrerunt: tunc Lycon quidem
Setis-equinis-cristatæ galeæ conum percussit, & juxta capulum
Ensis fractus est: at ei sub aure cervicem percussit
Peneleus, totúsque immersus est ensis; retinebat autem sola
Cutis; pendebátque *ab eâ* caput; solutáque sunt *ejus* membra.

Ver. 328. —Ἀμισωδάρου· ὅς ῥα.] *Amisodari; ejus, qui——. Ejus videlicet, qui—.*

Ver. 329. —πολέσιν.] *Al.* πολέσι· Quod & ferri possit.

Ver. 333. Πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι.] Ἔστι καὶ ἡ ἔμφασις· ἥτις, δι' ὑπονοίας, δηλῶσαι τῷ λεγομένῳ παρίστησιν· Οἷον, "Πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι." Καὶ γὰρ ἐν τούτῳ παρέχει μείζονα ἔμφασιν, ὡς βαπτισθέντος οὕτω τοῦ ξίφους, ὥστε θερμανθῆναι. *Dionys. Halicarn.* περὶ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως, § 7.

——it hasta Tago per tempus utrumque
Stridens, trajectoque hæsit *tepefacta* cerebro. *Æn.* IX, 418.
——stomachoque infixa sub altum
Pectus abit; reddit specus atri vulneris undam
Spumantem, & fixo ferrum in pulmone *tepescit.* *Ibid.* 699.

Ver. 334. Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος.] *Homero* πορφύρεος θάνατος, non est *purpurea mors*, quâ ratione *Virgilius* dixit, de eo qui sanguinem ense trajectus vomeret, "*Purpuream vomit ille animam;*" sed, ut rectè interpretatur Scholiastes, *Atra mors.* Sic infrà, *ver.* 350;

——θανάτου δὲ μέλαν νέφος ἀμφεκάλυψε.

Et ρ', 551;

——πορφυρέῃ νεφέλῃ πυκάσασα ἑαυτήν.

Porrò, quâ analogiâ è πορφύρειν deducatur πορφύρεος, vide suprà ad α', 338 & 482.

Ver. 335. —ἔγχεσι.] Cod. *Harleian.* ἔγχει.

Ver. 336. —μέλεον.] Vox, μέλεος, vim habet peculiarem. Scholiastes ad *Aristophanem* exponit, μάταιος, ἄθλιος, δυστυχής· ad istum versum,

Ἀλλ', ὦ μέλ', ἐξέλιπας ἐμέ γ' ἐκ τῶν ἐμῶν. *Nub.* 33.

Ibid. —ἠκόντισαν.] Vide suprà ad α, 140.

Ver. 338. —καυλὸν.] *Al.* καυλοῦ.

Ver. 340. —ἔσχεθε δ' οἶον.] Ita edidit *Barnesius* ex *Schol* & MSS. Quocum facit Cod. *Harleian.* *Al.* ἔσχε δὲ οἶον.

Μηριόνης δ' Ἀκάμαντα, κιχεὶς ποσὶ καρπαλίμοισι,
Νύξ', ἵππων ἐπιβησόμενον, κατὰ δεξιὸν ὦμον·
Ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων, κατὰ δ' ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλύς.
Ἰδομενεὺς δ' Ἐρύμαντα κατὰ στόμα νηλέϊ χαλκῷ
Νύξε· τὸ δ' ἀντικρὺ δόρυ χάλκεον ἐξεπέρησε
Νέρθεν ὑπ' ἐγκεφάλοιο· κέασσε δ' ἄρ' ὀστέα λευκά·
Ἐκ δὲ τίναχθεν ὀδόντες· ἐνέπλησθεν δέ οἱ ἄμφω
Αἵματος ὀφθαλμοί· τὸ δ' ἀνὰ στόμα καὶ κατὰ ῥῖνας
Πρῆσε χανών· θανάτου δὲ μέλαν νέφος ἀμφεκάλυψεν.
Οὗτοι ἄρ' ἡγεμόνες Δαναῶν ἕλον ἄνδρα ἕκαστος.
Ὡς δὲ λύκοι ἄρνεσσιν ἐπέχραον, ἢ ἐρίφοισι,
Σίνται, ὑπ' ἐκ μήλων αἱρεύμενοι, αἵτ' ἐν ὄρεσσι
Ποιμένος ἀφραδίῃσι διέτμαγεν· οἱ δὲ ἰδόντες,
Αἶψα διαρπάζουσιν ἀνάλκιδα θυμὸν ἐχούσας·
Ὣς Δαναοὶ Τρώεσσιν ἐπέχραον· οἱ δὲ φόβοιο
Δυσκελάδου μνήσαντο, λάθοντο δὲ θούριδος ἀλκῆς.
Αἴας δ' ὁ μέγας αἰὲν ἐφ' Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ
Ἵετ' ἀκοντίσσαι· ὁ δὲ ἰδρείῃ πολέμοιο,
Ἀσπίδι ταυρείῃ κεκαλυμμένος εὐρέας ὤμους,

Meriones autem Acamanta, assecutus pedibus velocibus,
Percussit, currum conscendentem, ad dextrum humerum:
Ceciditque *is* ex curru, oculisque offusa est caligo.
Idomeneus autem Erymanta in os sævo ære
Percussit: atque in adversum hasta ærea pertransiit
Subtus sub cerebro; diffiditque ossa alba:
Excussi verò sunt dentes: impletique sunt ei ambo
Sanguine oculi: quem & per os *quoque* & per nares
Efflavit aperto-ore; Mortis autem nigra eum nubes obtexit.
Atque hi quidem ductores Danaorum, interfecerunt virum singuli.
Ut verò lupi agnis vehementi-impetu-irruunt, vel hœdis,
Exitiabiles, è gregibus surripientes, qui in montibus
Pastoris stultitiâ dispersi sunt; hi autem conspicati,
Statim discerpunt imbellem animum habentes:
Sic Danai Trojanis vehementi-impetu-irruebant; Illi autem fugæ
Horrisonæ meminerunt, oblitique sunt strenuæ fortitudinis.
Ajax verò ille magnus semper in Hectorem ære-armatum
Cupiebat jaculari; is autem scientiâ bellandi,
Clypeo taurino coopertus latos humeros,

Ver. 346. —ἐξεπέρησε.] *Al.* εἰσεπέρησε.

Ver. 351. —ἄρ'.] Connectit sententiam hæc vocula, cum eo quod præcessit, *ver.* 306. Cod. *Harleian.* à *Th. Bentleio* collatus, habet ἄμ'. Exponúntque Scholia ibidem inedita, ἀντὶ τοῦ κυρῶ.

Ver. 353. —αἵτ'.] *Qui utique*——.

Ver. 358. Αἴας δ' ὁ μέγας.] Pronuntiabatur ὁμμέγας. Vide suprà ad *ver.* 228. Ποιεῖ δὲ καὶ δυσφωνία συνθέσεως ἐν πολλοῖς μέγεθος· Οἷον τὸ, "Αἴας δ' ὁ μέγας——." Demetr. Phaler. περὶ ἑρμηνείας § 48. Καὶ γὰρ τὸ δύσφωνον, πολλαχοῦ ὀγκηρόν· ὥσπερ, "Αἴας δ' "ὁ μέγας ——." Πολὺ γὰρ μᾶλλον τὸν Αἴαντα μέγαν ἐνέφηνεν, ——τῆς ἑπταβοείης ἀσπίδος. Id. § 105. Consultò certè ita scripsit Poëta, cùm (ut rectè annotavit *Barnesius*) facilè dicere potuisset, Αἴας δ' αὖ μέγας ——.

Σκέπτετ' ὀϊστῶν τε ῥοῖζον καὶ δοῦπον ἀκόντων.
Ἦ μὲν δὴ γίγνωσκε μάχης ἑτεραλκέα νίκην·
Ἀλλὰ καὶ ὧς ἀνέμιμνε, σάω δ' ἐρίηρας ἑταίρους.
Ὡς δ' ὅτ' ἀπ' Οὐλύμπου νέφος ἔρχεται οὐρανὸν εἴσω,
Αἰθέρος ἐκ δίης, ὅτε τε Ζεὺς λαίλαπα τείνῃ·
Ὣς τῶν ἐκ νηῶν γένετο ἰαχή τε φόβος τε·
Οὐδὲ κατὰ μοῖραν πέρασαν πάλιν· Ἕκτορα δ' ἵπποι
Ἔκφερον ὠκύποδες σὺν τεύχεσι· λεῖπε δὲ λαὸν
Τρωϊκόν, οὓς ἀέκοντας ὀρυκτὴ τάφρος ἔρυκε.
Πολλοὶ δ' ἐν τάφρῳ ἐρυσάρματες ὠκέες ἵπποι
Ἄξαντ' ἐν πρώτῳ ῥυμῷ λίπον ἅρματ' ἀνάκτων.
Πάτροκλος δ' ἕπετο, σφεδανὸν Δαναοῖσι κελεύων,
Τρωσὶ κακὰ φρονέων· οἱ δὲ ἰαχῇ τε φόβῳ τε

Observabat sagittarúmque stridorem, & sonitum jaculorum.
Ac certè quidem jam videbat pugnæ aliò-inclinatam victoriam:
Sed & sic manebat, servabátque charos socios.
Ut verò quando ab Olympo nubes vadit in cœlis,
Ætherem post serenum, cùm Jupiter nimbos procellosos inducit:
Sic horum, à navibus *fugientium*, factus est clamórque fugáque:
Neque sine fœdâ clade *fossam* transibant rursus: Hectorem autem equi
Efferebant veloces cum armis: deseruitque is populum
Trojanum, quos invitos profunda fossa coërcebat.
Multi verò in fossâ trahentes-currum veloces equi,
Fractos ad summum temonem liquerunt currus regum.
Patroclus autem insequebatur, vehementèr Danaos adhortans,
Trojanis mala cogitans: hi autem clamoréque fugâque

Ver. 361. Σκέπτετ' ὀϊστῶν τε ῥοῖζον, καὶ δοῦπον ἀκόντων.] Καὶ αὐτοί τε δὴ κατασκευάζουσιν οἱ ποιηταὶ ———, πρὸς χρῆμα ὁρῶντες, οἰκεῖα καὶ δηλωτικὰ τῶν ὑποκειμένων τὰ ὀνόματα, ——— καὶ μιμητικώτατα τῶν πραγμάτων· ὡς ἔχει ταυτὶ, ——— "Σκέπτετ' ὀϊστῶν "τε ῥοῖζον καὶ δοῦπον ἀκόντων. *Dionys. Halicarn.* περὶ συνθέσεως, § 16. Vide suprà ad β', 210; & ad γ', 363.

Ver. 363. Ἀλλὰ καὶ ὧς ἀνέμιμνε.] *Modò paululùm retrocedebat, modò adversus hostem consistebat*; vi scilicèt, non præpositionis solius, ut ait *Eustathius*; sed & temporis imperfecti. Vide suprà ad θ', 87; & ad ν', 84.

Ibid. —σάω.] *Barnesius* ex *Etymolog. Magn.* Σάω δ' ἐρίηρας ἑταίρους· ἔστι ῥῆμα, σαόω, τὸ σώζω· τροπῇ γίνεται σάω· τὸ παθητικὸν σαόομαι· ἐσαόμην, ἐσάου· καὶ τροπῇ Δωρικῇ τοῦ ου εἰς ω, καὶ συναιρεθέντος σάω. Malè; secunda enim persona minimè hîc cum sententiâ congruit. Meliùs *Eustathius*; τὸ δὲ σάω ποιητικῶς ἀποκέκοπται ἐκ τοῦ σάωζεν, ὅ ἐστιν ἔσωζεν· ἵνα κατὰ μὲν τὸ ἀναύξητον, ἰωνίζηται ἡ λέξις· κατὰ δὲ τὴν ἀποκοπὴν αἰολίζηται.

Ver. 365. —ὅτε τε.] *Quando utique*—.

Ibid. —τείνῃ.] Cod. *Harleian.* τείνει.

Ver. 336. —γένετο ἰαχή τε φόβος τε.] De ultimâ vocis, γένετο, hîc, item δὲ, *ver.* 273, productâ; vide suprà ad δ', 456.

Ver. 367. Οὐδὲ κατὰ μοῖραν πέρασαν πάλιν.] ——— οὐ κατὰ μοῖραν πέρασαν πάλιν οἱ Τρῶες· ἤγουν ἀτάκτως καὶ συνωθουμένους διεπέρων τὴν τάφρον ὡς φεύγοντες· ὅπερ ἐκείνοις ἦν, οὐ κατὰ κόσμον φεύξεσθαι. Ταυτὰ γὰρ ἄμφω μοῖρα καὶ κόσμος, ὥστε καὶ τὸ οὐ κατὰ μοῖραν, καὶ τὸ οὐ κατὰ κόσμον. *Eustath.* Cæterùm quâ ratione, κατὰ hîc ultimam producat; item ὀρινόμενον, *ver.* 377; & Ἀντικρὺ, *ver* 380; vide suprà ad α, 51.

Ibid. —Ἕκτορα δ' ἵπποι Ἔκφερον ὠκύποδες.] Absurdè hîc *Spondanus*; ——— "*Homere, ubi est tuus nunc Jupiter, cujus auxilio freti Trojani paulò antè triumphabant? An idem quoque cum Trojanis aufugit? aut ejus potentia infirmata est?*" Quasi scilicèt hoc ipsum non prædixisset Jupiter.

Ver. 371. Ἄξαντ' ἐν πρώτῳ.] Numero duali, binos in singulis curribus equos fuisse indicatur. Vide suprà ad δ, 566.

Ver. 374.

Πάσας πλῆσαν ὁδοὺς, ἐπεὶ ἂρ τμάγεν· ὕψι δ' ἄελλα
Σκίδναθ' ὑπαὶ νεφέων· τανύοντο δὲ μώνυχες ἵπποι
Ἄψοῤῥον προτὶ ἄστυ, νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων.
Πάτροκλος δ', ᾗ πλεῖστον ὀρινόμενον ἴδε λαὸν,
Τῇ ῥ' ἔχ' ὁμοκλήσας· ὑπὸ δ' ἄξοσι φῶτες ἔπιπτον
Πρηνέες ἐξ ὀχέων, δίφροι δ' ἀνεκυμβαλίαζον.
Ἀντικρὺ δ' ἀνὰ τάφρον ὑπέρθορον ὠκέες ἵπποι,
Ἄμβροτοι, οὓς Πηλῆϊ θεοὶ δόσαν ἀγλαὰ δῶρα,
Πρόσσω ἱέμενοι· ἐπὶ δ' Ἕκτορι κέκλετο θυμός·
Ἵετο γὰρ βαλέειν· τὸν δ' ἔκφερον ὠκέες ἵπποι.
Ὡς δ' ὑπὸ λαίλαπι πᾶσα κελαινὴ βέβριθε χθὼν
Ἤματ' ὀπωρινῷ, ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ
Ζεὺς, ὅτε δή ῥ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ,

Omnes implebant vias, poſtquam diſſipati ſunt: In altum autem procella *pulveris*
Spargebatur ſub nubes; pernicitérque currebant ſolidi-unguli equi
Retrò ad urbem, à navibus & tentoriis.
Patroclus verò, quà plurimum turbatum videbat populum,
Eà utique dirigebat *equos*, minacitèr-clamans: Sub axibus autem viri cadebant
Proni de curribus, currúſque cum-fragore-evertebantur.
E regione autem foſſam tranſilierunt veloces equi,
Immortales, quos Peleo dii dederant præclara dona,
Prorſum pergere-cupientes; in Hectorem autem inſtigabat *eum* animus;
Cupiebat enim percutere: illum verò extulerunt veloces equi.
Ut verò à nimbo-procelloſo tota nigra obruta-gravatur terra
Tempore autumnali, cùm rapidiſſimum fundit imbrem
Jupiter; quandò utique hominibus iratus ſævit,

Ver. 374. —ἐπεὶ ἂρ τμάγεν.] Vocula iſta, ἂρ, nequaquam hìc ſupervacanea eſt; ſed vim habet in *connectendâ ſententiâ* cum eo quod præceſſit, *ver.* 366; Ὡς τῶν ἐκ νηῶν γένετο ἰαχὴ, &c.

Ibid. —ἄελλα.] Ita rectè edidit *Barneſius*. *Al.* ἀέλλη; malé: Nam apud Homerum ᾰ naturâ brevis, ut in μοῦσα, τόλμα, ἄελλα, & ſimilibus, nunquam mutatur in η. Vide ſuprà ad β', 314, & 633; & ad γ', 192.

Ver. 379. —ἀνεκυμβαλίαζον.] Οἱ δὲ παλαιοί φασι, καὶ ὅτι τὸ ῥῆμα βομβῶδες ὂν, ἔμφασιν ἔχει τῆς μετὰ ἤχου τῶν ἁρμάτων ἀνατροπῆς. *Euſtath.* Vide ſuprà ad γ', 363; & ad δ', 455.

Ver. 380. —ἀνὰ.] *Al.* ἄφαρ.

Ibid. —ὑπέρθορον.] *Al.* ὑπέκθορον.

Ver. 384. Ὡς δ' ὑπὸ λαίλαπι]

Sæpe etiam immenſum cœlo venit agmen aquarum,
Et fœdam glomerant tempeſtatem imbribus atris
Collectæ ex alto nubes; ruit arduus æther
Et pluviâ ingenti ſata læta, boumque labores
Diluit: implentur foſſæ & cava flumina creſcunt
Cum ſonitu, fervetque fretis ſpirantibus æquor. *Georgic.* I, 322.

Ibid. —βέβριθε.] Vide ſuprà ad α', 37; & ad β', 314. *Al,* βέβρυχε; ut infrà ϛ', 264.

Ver. 385. —ὀπωρινῷ.] Vide ſuprà ad ε', 5.

Ibid. —λαβρότατον.] *Al.* λαυρότατον.

Ibid. —χέει ὕδωρ Ζεὺς ——κοτεσσάμενος ——σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας.] Τὰ δὲ λοιπὰ τῆς παραβολῆς ἐκφραστείδιόν τε ἔχει μεγάλου κατακλυσμοῦ, καὶ αἰτίαν αὐτοῦ ἠθικὴν, καὶ διδασκαλίαν εὐθυδικίας· ἐναντίον τὸ, Σκολιὰς κρίνειν θέμιστας· δῆλον δὲ ὅτι τε σεμνοὶ πάντως αἱ τῆς εἰρημένης παραβολῆς ἔννοιαι· τοιαῦται γὰρ αἱ τῶν μεγάλων καὶ θείων πραγμάτων ἐκφράσεις καὶ αἱ ἠθικαὶ παιδεύσεις· καὶ ὅτι σκοπὸς αὐτῇ, τοῦτο μόνον δηλῶσαι, ὡς αἱ Τρωϊκαὶ ἵπποι οὕτω ἀσθμαίνουσαι τῷ συντόνῳ δρόμῳ τῷ ἐκ τοῦ διώκεσθαι, καθὰ ἐν δεινῷ κατακλυσμῷ τῷ ἐκ θεομηνίας, Χαράδραι μεγάλα στενάχουσι ῥέουσαι. *Euſtath.*

Ver. 386. —ὅτε δή ῥ' ἄνδρεσσι.] *Al.* ὅτε δή τ' ἄνδρεσσι. Cæterùm de iſto δὴ, vide ſuprà ad β', 158.

Ver. 387.

Οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας,
Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες·
Τῶν δέ τε πάντες μὲν ποταμοὶ πλήθουσι ῥέοντες,
Πολλὰς δὲ κλιτῦς τότ' ἀποτμήγουσι χαράδραι,
Ἐς δ' ἅλα πορφυρέην μεγάλα στενάχουσι ῥέουσαι
Ἐξ ὀρέων ἐπὶ κάρ· μινύθει δέ τε ἔργ' ἀνθρώπων·
Ὣς ἵπποι Τρωαὶ μεγάλα στενάχοντο θέουσαι.
Πάτροκλος δ', ἐπεὶ οὖν πρώτας ἐπέκερσε φάλαγγας,
Ἂψ ἐπὶ νῆας ἔεργε παλιμπετὲς, οὐδὲ πόληος
Εἴα ἱεμένους ἐπιβαινέμεν, ἀλλὰ μεσηγὺ
Νηῶν καὶ ποταμοῦ καὶ τείχεος ὑψηλοῖο
Κτεῖνε μεταΐσσων, πολέων δ' ἀπετίνυτο ποινήν.
Ἔνθ' ἤτοι Πρόνοον πρῶτον βάλε δουρὶ φαεινῷ,
Στέρνον γυμνωθέντα παρ' ἀσπίδα· λῦσε δὲ γυῖα.
Δούπησεν δὲ πεσών· ὁ δὲ Θέστορα, Ἤνοπος υἱὸν,

Qui vi in foro perversa exercent judicia,
Justitiámque expellunt, deorum ultionem nihil verentes;
Horúmque omnes quidem fluvii inundant fluentes,
Multásque montium-devexitates tunc abscindunt torrentes,
Et in mare purpureum valdè strepunt fluentes
Ex montibus in præceps; corrumpuntúrque opera hominum:
Sic equæ Trojanæ valdè ingemiscebant currentes.
Patroclus autem, postquàm primas intercidisset phalangas,
Rursus ad naves coërcitos-egit retrorsum, neque ad urbem
Sinebat cupientes ascendere, sed inter
Naves & fluvium & mœnia sublimia
Occidebat rapidè-insequens, multorúmque exigebat ultionem:
Tunc quidem Proncum primum percussit hastâ fulgenti,
Pectore nudatum juxta clypeum: solvitque membra.
Fragorem verò *is* edidit cadens: *Patroclus* autem Thestorem, Enopis filium,

Ver. 387, 388. —κρίνωσι ——ἐλάσωσι.] Cod. *Harleian.* κρίνουσι ——ἐλάσουσι.

Ver. 388. —θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.] *Deorum ultionem.* Sic *Odyss.* φ', 28;

——οὐδὲ θεῶν ὄπιν ᾐδέσατ'——.

Et *Hesiod.* Ἔργ'. καὶ ἡμερ. I, 185;

——οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες ——·

Et *Theogon. ver.* 222;

Πρίν γ' ἀπὸ τοῦ δώωσι κακὴν ὄπιν, ὅστις ἁμάρτῃ.

Ver. 390. —κλιτῦς.] *Al.* κλειτῦς· Auctoribus non inidoneis; Quod autem *Barnesius* de *Metro*, nihili est. Ex κλίνομαι enim tam rectè κλῖτὺς, quàm ex κέκλιμαι deducitur κλῖτός; ut λῦμα, λῦτὶς, ex λύω, λέλυμαι, &c. Vide suprà ad *α*, 314. Sic *Odyss.* ι, 470;

Εἰ δέ κεν ἐς κλιτὺν ἀναβὰς———.

Ver. 391. —πορφυρέην.] Vide suprà ad *α*, 338, & 482.

Ver. 394. —ἐπεὶ οὖν.] Ἔστι δὲ καὶ ἐνταῦθα τὸ οὖν, ἀντὶ τοῦ δή· ἵνα εἴη τὸ, ἐπεὶ οὖν, ταυτὸν τῷ, ἐπειδή. *Eustath.* Verùm non hîc supervacuum est istud οὖν. Eam enim ferè vim habet ἐπεὶ οὖν, ac si latinè dicas; *Postquam, ut dixi*; vel *Postquam, eo modo quo dixi*,———.

Ibid. —ἐπέκερσε.] *Al.* ἀπέκερσε.

Ver. 395. Ἂψ ἐπὶ νῆας ἔεργε παλιμπετὲς, οὐδὲ πόληος Εἴα ἱεμένους ἐπιβαινέμεν.] *Spondanus*, & *Eustathius*, & Dna *Dacier*, hæc de *Græcis* accipiunt; quasi *Patroclus* nimirùm partim, etsi non plenè, monitorum Achillis meminisset; suósq; proindè, ne *Trojanos* ulteriùs insequerentur, urbémq; aggrederentur, cohibuisset. Cum verò ἔεργε de hostibus propriùs dicatur, vocesq; ἐπέκερσε & κτεῖνε ad *Trojanos* planè respiciant, nec ulla hîc Græcorum fiat mentio; istud, Ἂψ ἐπὶ νῆας ἔεργε, &c; de *Trojanis* potiùs à *Patroclo*, ne in urbem se reciperent, interclusis dictum crediderim.

Ver. 398. —μεταΐσσων.] *Al.* μεταΐξας.

Ibid. —ἀπετίνυτο] Vide suprà ad γ', 279.

Ver. 403.

Δεύτερον ὁρμηθείς· (ὁ μὲν εὐξέστῳ ἐνὶ δίφρῳ
Ἧστο ἀλείς· ἐκ γὰρ πλήγη φρένας, ἐκ δ' ἄρα χειρῶν
Ἡνία ἠΐχθησαν· ὁ δ') ἔγχεϊ νύξε παραστὰς
Γναθμὸν δεξιτερὸν, διὰ δ' αὐτοῦ πεῖρεν ὀδόντων·
Εἷλκε δὲ δουρὸς ἑλὼν ὑπὲρ ἄντυγος· ὡς ὅτε τις φὼς
Πέτρῃ ἔπι προβλῆτι καθήμενος, ἱερὸν ἰχθὺν
Ἐκ πόντοιο θύραζε λίνῳ καὶ ἤνοπι χαλκῷ·
Ὣς ἕλκ' ἐκ δίφροιο κεχηνότα, δουρὶ φαεινῷ·
Κὰδ δ' ἄρ' ἐπὶ στόμ' ἔωσε· πεσόντα δέ μιν λίπε θυμός.
Αὐτὰρ ἔπειτ' Ἐρύαλον ἐπεσσύμενον βάλε πέτρῳ,
Μέσσην κακκεφαλήν· ἡ δ' ἄνδιχα πᾶσα κεάσθη
Ἐν κόρυθι βριαρῇ· ὁ δ' ἄρα πρηνὴς ἐπὶ γαίῃ
Κάππεσεν· ἀμφὶ δέ μιν θάνατος χύτο θυμοραϊστής·
Αὐτὰρ ἔπειτ' Ἐρύμαντα, καὶ Ἀμφοτερὸν, καὶ Ἐπάλτην,
Τληπόλεμόν τε Δαμαστορίδην, Ἐχίον τε, Πύρην τε,
Ἰφέα τ', Εὔιππόν τε, καὶ Ἀργεάδην Πολύμηλον,
Πάντας ἐπασσυτέρους πέλασε χθονὶ πουλυβοτείρῃ.
Σαρπηδὼν δ' ὡς οὖν ἴδ' ἀμιτροχίτωνας ἑταίρους

Iterùm impetu-facto, (qui quidem elegantèr-politâ in sellâ
Sedebat contractus; perculsus enim erat animo, ex manibúsque
Habenæ defluxerant; *Patroclus* autem *eum*) percussit cominùs
Malam dextram, pérque ejus transfegit dentes:
Traxit autem *eum* hastâ levatum super Orbile-ad-sellam-currûs-fixum; veluti cùm vir
Scopulo in prominenti sedens, sacrum piscem
Ex ponto foràs lino & splendido ære:
Sic *hunc* traxit è curru hiantem *Patroclus* hastâ fulgenti;
Inque os *demùm* excussit: lapsúmque ipsum liquit anima.
Tum deindè Eryalum irruentem percussit *Patroclus* saxo,
Medio in capite; illúdque in duas-partes totum diffissum est
In casside validâ: is itaque pronus in terram
Decidit; ipsúmque mors circumfusa est exitialis.
Ac postea Erymanta, & Amphoterum, & Epaltem,
Tlepolemúmque Damastoridem, Echiúmque, Pyrémque,
Ipheáque, Euippúmque, & Argeadem Polymelum,
Omnes alium-super-alium dejecit in terram almam.
Sarpedon autem, postquam vidit discinctos socios

Ver. 403. —ἀλεὶς.] *Al.* ἀλείς.

Ibid. —πλήγη.] Vide suprà ad γ', 31.

Ibid. —ἐκ δ' ἄρα χειρῶν.] *Adeóque è manibus.*

Ver. 405. —αὐτοῦ.] Γναθμοῦ δεξιτεροῦ.

Ver. 407. —ἱερὸν ἰχθὺν.] Λέγει δὲ ἱερὸν ἰχθὺν, κατά τινας, ὃν καὶ Ἀριστοτέλης, τὸν Ἀνθίαν, οἷα σημαντικὸν ὄντα τοῦ ἄθηρον εἶναι τὴν θάλασσαν· ἐπεὶ ὅπου Ἀνθίας, ἐκεῖ οὐκ ἔστι θηρίον θαλάσσιον· ᾧ σημείῳ χρώμενοι, κατακολυμβῶσιν ἀδεῶς οἱ σπογγεῖς· καὶ τὸν ἰχθὺν, διὰ τοῦτο καλοῦσιν ἱερόν. *Eustath.* Sic & *Athenæus, Lib.* VII. *cap.* 7.

Ver. 411. —Ἐρύαλον.] Cod. *Harleian.* Ἐρύλαον.

Ibid. —ἐπεσσύμενον.] *Al.* ἐπεσσύμενος.

Ibid. —βάλε πέτρῳ, Μέσσην κακκεφαλήν.]

—mediam ferro gemina inter tempora frontem
Dividit, ——— *Æn.* IX, 750.

Ver. 416. —Πύρην τε.] Cod. *Harleian.* Πύρειν τε.

Ver. 418. —πέλασε.] Vide suprà ad ά, 140.

Ver. 419. Σαρπηδὼν δ' ὡς οὖν.] *Barnesius* hîc ex uno MS edidit Σαρπηδὼν ὡς οὖν, omissâ,

Χερσ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμέντας,
Κέκλετ' ἄρ' ἀντιθέοισι καθαπτόμενος Λυκίοισιν·
Αἰδὼς, ὦ Λύκιοι, πόσε φεύγετε; νῦν θοοὶ ἐστέ·
Ἀντήσω γὰρ ἐγὼ τοῦδ' ἀνέρος, ὄφρα δαείω,
Ὅστις ὅδε κρατέει· καὶ δὴ κακὰ πολλὰ ἔοργε
Τρῶας· ἐπεὶ πολλῶν τε καὶ ἐσθλῶν γούνατ' ἔλυσεν.
Ἦ ῥα, καὶ ἐξ ὀχέων σὺν τεύχεσιν ἆλτο χαμᾶζε.
Πάτροκλος δ' ἑτέρωθεν, ἐπεὶ ἴδεν, ἔκθορε δίφρου.
Οἱ δ' ὥστ' αἰγυπιοὶ, γαμψώνυχες, ἀγκυλοχεῖλαι,
Πέτρῃ ἐφ' ὑψηλῇ μεγάλα κλάζοντε μάχονται·
Ὣς οἱ κεκλήγοντες ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν.
Τοὺς δὲ ἰδὼν ἐλέησε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω,
Ἥρην δὲ προσέειπε κασιγνήτην, ἄλοχόν τε·
Ὤ μοι ἐγὼν, ὅτε μοι Σαρπηδόνα, φίλτατον ἀνδρῶν,

Manibus Patrocli Menœtiadæ domitos,
Adhortatus est eximios increpans Lycios;
" *Proh* pudor, ô Lycii, quò fugitis? nunc strenui estote:
" Occurram enim huic viro, ut intelligam,
" Quisnam iste victor-grassetur: utique jam malis multis affecit
" Trojanos: quippe multorúmque & fortium genua solvit.
Dixit, & de curru cum armis desiliit in terram.
Patroclus verò alterâ-ex-parte, ut vidit, desiliit de curru.
Hi autem, sicut vultures duo, unguibus-aduncis, rostris-curvis,
Petrâ super excelsâ ingentem clangorem-edentes pugnant:
Sic hi, clamantes, alter in alterum irruebant.
Hos autem intuitus, misertus est Saturni filius versuti,
Junonémque allocutus est sororem uxorémque;
" Hei mihi, cùm mihi Sarpedonem, charissimum hominum,

sâ voculâ δὲ, quæ tamen hoc in loco, ad narrationem connectendam, videtur necessaria.

Ibid. —ἀμιτροχίτωνας ἑταίρους.] Vocem, ἀμιτροχίτωνας, ita explicat D^na^ *Dacier*: " *des gens qui ont quitté leur cuirasse pour* " *mieux fuir.*" Mihi verò, non de iis, qui arma abjecerant, sed de gentis istius habitu singulari dicta videtur; ut ἑλκεσιπέπλους, λινοθώρηξ, &c. ——ἀμιτροχίτωνας τοὺς πιστοὺς λέγει, οὐχ ὡς ἀζώστους κατὰ τοὺς προ ὀλίγον εἰρημένους· οὐδέποτε γὰρ μίτρα παρὰ τῷ ποιητῇ ἁπλῶς ἡ ζώνη· ἀλλὰ τοὺς μὴ ὑποζωννυμένους μίτραις τοῖς χιτῶσιν, ὅ ἐστι τοῖς θώραξιν, ἀλλὰ ἅμα τῷ θώρακι συμπεπηγμένην ἔχοντας καὶ τὴν μίτραν, καὶ οὐ συμβάλλειν κατὰ τοὺς πολλούς· ὥστε τὸ α ἐνταῦθα, καὶ στέρησιν δύναται δηλοῦν διὰ τὸ μὴ ὑποζώννυσθαι μίτραις, καὶ ἀντὶ τοῦ " ἅμα " δὲ λαμβάνεται διὰ τὸ ὁμοῦ τῷ θώρακι συμπεπηγέναι αὐτάς. *Eustath.*

Ver. 422. —νῦν θοοὶ ἐστὲ.] Sententia hæc duplici modo accipi potest: Vel, ut *Lycios* ad fortitèr se gerendos adhortetur *Sarpedon*; *Jam acres estote:* Vel, ut eorum ignaviam increpet, quòd in pugnâ segnes essent, in fugâ celeres; *Jam celeres estis:* Atq; ita *Eustathius*; Ὀνειδίζει δὲ ὁ λόγος, τοὺς ἀνδρίζεσθαι μὲν βραδεῖς, ὀξυκινήτους δὲ φεύγειν.

Ver. 423. —τοῦ δ' ἀνέρος ——Ὅστις ὅδε κρατέει.]

Unus homo—— ——
——tantas strages impunè per urbem
Ediderit? juvenum primos tot miserit
Orco? *Æn.* IX, 783.

Ver. 424. —καὶ δὴ κακὰ.] Vide suprà ad ξ', 433.

Ver. 428. —αἰγυπιοὶ ——κλάζοντε] *Duo* scilicèt *vultures.* Vide suprà ad *ver.* 371; & ad *α*, 566. Nec alitèr rectè instituta esset comparatio.

Ibid. —μάχονται.] *Al.* μάχεσθαι.

Ver. 432. —κασιγνήτην ἄλοχόν τε.]

——Jovis——
Et soror & conjux——. *Æn.* I, 50.

Ver. 433. Ὤ μοι ἐγὼν.] Vituperat hîc

Plato

Μοῖρ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι.
Διχθὰ δέ μοι κραδίη μέμονε, φρεσὶν ὁρμαίνοντι,
Ἤ μιν ζωὸν ἐόντα μάχης ἄπο δακρυοέσσης
Θείω ἀναρπάξας Λυκίης ἐνὶ πίονι δήμῳ,
Ἦ ἤδη ὑπὸ χερσὶ Μενοιτιάδαο δαμάσσω.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα βοῶπις πότνια Ἥρη·
Αἰνότατε Κρονίδη, ποῖον τὸν μῦθον ἔειπες;
Ἄνδρα θνητὸν ἐόντα, πάλαι πεπρωμένον αἴσῃ,
Ἂψ ἐθέλεις θανάτοιο δυσηχέος ἐξαναλῦσαι;
Ἔρδ'· ἀτὰρ οὔ τοι πάντες ἐπαινέομεν θεοὶ ἄλλοι.
Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν·
Αἴκε ζωὸν πέμψῃς Σαρπηδόνα ὅνδε δόμονδε,
Φράζεο, μήτις ἔπειτα θεῶν ἐθέλῃσι καὶ ἄλλος
Πέμπειν ὃν φίλον υἱὸν ἀπὸ κρατερῆς ὑσμίνης·
Πολλοὶ γὰρ περὶ ἄστυ μέγα Πριάμοιο μάχονται

" In fatis *fit* à Patroclo Menœtiade domari.
" Bifariàm autem animus mihi fertur, in præcordiis versanti,
" Utrúmne ipsum vivum pugnâ è lacrymosâ
" Ponam abreptum Lyciæ in opulento populo,
" An jam sub manibus Menœtiadæ domem.
Huic autem respondit deinde magnis-oculis veneranda Juno;
" Importunissime Saturnie, quale verbum dixisti?
" Virúmne mortalem, jam-olim destinatum fato,
" Iterùm *nunc* vis à morte tristi liberare?
" Fac: at non tibi omnes assentiemur dii cæteri.
" Aliud autem tibi dicam, tu verò animo reconde tuo;
" Si vivum dimiseris Sarpedonem suam ad domum,
" Perpende, nè quis posthàc deorum velit & alius
" Abducendum-curare suum charum filium ex aspero prælio:
" Multi enim circum urbem magnam Priami pugnant

Plato non locutionem Poëticam, sed Rem ipsam. ——— δεησόμεθα [Ὁμήρου] μή τι ——— — ——μάλιστα τῶν θεῶν τολμῆσαι οὕτως ἀνομοίως μιμήσασθαι, ὥστε, ——φάναι—— " Αἲ αἲ ἐγὼν, ὅτε μοι Σαρπηδόνα φίλτατον ἀν- " δρῶν Μοῖρ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δα- μῆναι." *De Republ. lib.* 3. Ubi notandum legisse hîc *Platonem*, Αἲ αἲ ἐγὼν ———.

Ver. 436. Ἤ μιν ζωὸν ἐόντα μάχης ἄπο δακρυοέσσης Θείω ἀναρπάξας.]

Hunc tegere, & diræ valeam subducere pugnæ. *Æn.* X, 50.

" *Homerus querentem Jovem inducit, quòd* " *Sarpedonem filium à morte contrà fatum* " *eripere non posset.*" Cic. de Divinat. lib. 2. At non hîc *querentem* inducit Jovem, quòd filium à morte liberare *nequeat*; sed *dubitantem*, an hoc ipsum facere *oporteat* contra fatum. Ut rectè observavit *Victorius*, *Var. Lect. lib.* 34, *cap.* 24.

Ver. 437. —ἀναρπάξας.] Vocem hanc vertit D^na *Dacier* " *tout d'un coup.*" Minùs rectè.

Ver. 439. —βοῶπις.] Vide suprà ad α', 43, 58, & 551.

Ver. 440. —ἔειπες.] *Al.* ἔειπας.

Ver. 445. Αἴκε ζωὸν πέμψῃς.] Pronuntiabatur, ut opinor ζών. Atque ita etiam scribendum conjicit Vir doctus *Henricus Stephanus* (etsi absque Exemplarium auctoritate nihil mutare est ausus) ex ε, 887. " Quid- " ni," inquit, " hîc ζὼν scribamus, non " ζωὸν; ut *Il.* ε, *ver.* 887, Ἤ κεν ζὼς ἀ- " μενηνὸς ἔα χαλκοῖο τυπῇσι, scriptum esse " videmus?" Quin & eo verisimilius est, aut scribendum aut saltem pronuntiandum ζὼν, quòd in duobus MSS scriptum repperit *Barnesius*, Αἴκεν ζωὸν πέμψῃς. Porrò *Eustathius* in Commentario legit, Αἴκεν ζῶντα πέμψῃς.

Ver. 449. —ἀθανάτων.] Vide suprà ad α', 398.

Υἱέες ἀθανάτων, τοῖσιν κότον αἰνὸν ἐνήσεις.
Ἀλλ' εἴ τοι φίλος ἐστὶ, τεὸν δ' ὀλοφύρεται ἦτορ,
Ἤτοι μὲν μιν ἔασον ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ
Χέρσ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι·
Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ τόνγε λίπῃ ψυχή τε καὶ αἰὼν,
Πέμπειν μιν Θάνατόν τε φέρειν, καὶ νήδυμον Ὕπνον,
Εἰσόκε δὴ Λυκίης εὐρείης δῆμον ἵκωνται·
Ἔνθα ἑ ταρχύσουσι κασίγνητοί τε, ἔται τε,
Τύμβῳ τε, στήλῃ τε· τὸ γὰρ, γέρας ἐστὶ θανόντων.
Ὣς ἔφατ'· οὐδ' ἀπίθησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε·
Αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε,
Παῖδα φίλον τιμῶν, τόν οἱ Πάτροκλος ἔμελλε
Φθίσειν ἐν Τροίῃ ἐριβώλακι, τηλόθι πάτρης.
Οἱ δ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες,

" Filii immortalium, quibus iram gravem injicies.
" Sed si *hic* tibi dilectus est, tuúmque *vicem ejus* miseratur cor;
" Eum quidem finito in asperâ pugnâ
" Manibus sub Patrocli Menœtiadæ domari:
" At postquam jam eum reliquerit animáque & vita,
" Mitte eum ut mors ferat, & suavis Somnus,
" Donec Lyciæ latæ ad populum pervenerint:
" Ibi ei exequias-facient fratrésque, amicíque,
" *Cum* tumulóque, cippóque: hic enim honor est mortuorum.
Sic dixit; neque non-obsecutus-est pater hominúmque deûmque:
Cruentas autem guttas demisit in terram,
Filium dilectum honorans, quem ei Patroclus erat
Interempturus in Trojâ glebosâ, procul à patriâ.
Hi autem cùm jam propè erant alter-in-alterum irruentes,

Ver. 450. —φίλος ἐστὶ.] *Al.* φίλον ἐστί.
Ver. 451. —ἔασον.] Vide suprà ad δ', 42.
Ver. 453. Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ τόνγε.]

Post ego nube cavâ miserandæ corpus & arma
Inspoliata feram tumulo, patriæque reponam. *Æn.* XI, 593.

Ver. 456. —ταρχύσουσι.] *Al.* ταρχύσωσι.
Ver. 459. Αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε.] Portentum, *pluvia sanguinea*, ut suprà λ', 53. Similitèr apud *Hesiodum*;

Κὰδ δ' ἄρ' ἀπ' οὐρανόθεν ψιάδας βάλεν αἱματοέσσας
Σῆμα τιθεὶς πολέμοιο ἑῷ μεγαθαρσέϊ παιδί. Ἀσπὶς Ἡρακλ. *ver.* 384.

Τὰ γε μὴν ἐπὶ Σαρπηδόνι δάκρυα, λύπην μὲν οὐ καταψεύδεται θεοῦ, ὃ καὶ παρ' ἀνθρώποις νόσημα· αὐτῷ δὲ βουλομένῳ τ' ἀκριβὲς ἑρμηνεύειν, ἐπινοεῖται τρόπος ἀλληγορουμένης ἀληθείας. Πολλάκις γὰρ ἐν ταῖς μεταβολαῖς τῶν μεγάλων πραγμάτων, ἱστοροῦσι τεράστια τοῦ βίου συμφέρεσθαι σημεῖα, ποταμῶν τε καὶ πηγῶν ναμάτων αἱμοῤῥύντοις ῥεύμασιν ἐκμαινομένων· ὡς ἐπ' Ἀσωποῦ τε καὶ Δίρκης παραδεδώκασιν οἱ παλαιοὶ μῦθοι. Λόγος δ' ἔχει καὶ τῶν νεφῶν ψεκάδας ὕεσθαι, φόνου τισὶ κηλῖσιν ἐπικεχρωσμένας. Ἐπεὶ τοίνυν ἡ μεταβολὴ τῆς μάχης ἀθρόαν φυγὴν ἐμποιήσειν ἔμελλε τοῖς βαρβάροις, ἰσχὺς δ' ἦν ὁ τῶν κατ' ἀλκὴν ἀρίστων Σαρπηδόνος ὄλεθρος, ὡσπερεὶ τεράστια προὔφαινε ταύτης τῆς συμφορᾶς ἀγγελτικά, " Αἱματοέσσας δὲ " ψεκάδας κατέχευεν ἔραζε. " Τοῦτον δὴ τὸν φόνια ὄμβρον, ἀλληγορικῶς εἴρηκεν αἰθέρος δάκρυα· θεὸς μὲν οὐ, ἄκλαυστος γὰρ, ἐκ δὲ τῶν ὑπερτέρων τόπων, ὡσπερεὶ θρήνοις μεμιγμένης καταῤῥαγέντος ὑετοῦ. *Heraclid. Pontic.* Cæterùm observandum, legisse hîc *Heracliden*, Αἱματοέσσας δὲ ψεκάδας———.

Ver. 460. —τόν οἱ.] Quâ ratione, τὸ, ultimam hîc, etiam extra cæsuram, producat; item δὲ, *ver.* 475; & Αἴθωνα, *ver.* 488; & μιν, *ver.* 502; vide suprà ad ά, 51. *Al.* τόν ῥ' οἱ.

Ver. 461. Φθίσειν.] De hujus vocis prosodiâ, vide suprà ad β', 43, & 833.

Ver. 4

Ἔνθ' ἤτοι Πάτροκλος μὲν ἀγακλειτὸν Θρασύμηλον,
Ὅς ῥ' ἠῢς θεράπων Σαρπηδόνος ἦεν ἄνακτος,
Τὸν βάλε νείαιραν κατὰ γαστέρα· λῦσε δὲ γυῖα.
Σαρπηδὼν δ' αὐτοῦ μὲν ἀπήμβροτε δουρὶ φαεινῷ,
Δεύτερος ὁρμηθείς· ὁ δὲ Πήδασον οὔτασεν ἵππον
Ἔγχεϊ δεξιὸν ὦμον· ὁ δ' ἔβραχε θυμὸν ἀΐσθων·
Κὰδ δ' ἔπεσ' ἐν κονίῃσι μακών, ἀπὸ δ' ἔπτατο θυμός.
Τὼ δὲ διαστήτην· κρίκε δὲ ζυγόν, ἡνία δέ σφι
Σύγχυτ', ἐπειδὴ κεῖτο παρήορος ἐν κονίῃσι.
Τοῖο μὲν Αὐτομέδων δουρικλυτὸς εὕρετο τέκμωρ,
Σπασσάμενος τανύηκες ἄορ παχέος παρὰ μηροῦ,
Ἀΐξας ἀπέκοψε παρήορον· οὐδ' ἐμάτησε.
Τὼ δ' ἰθυνθήτην, ἐν δὲ ῥυτῆρσι τάνυσθεν·
Τὼ δ' αὖτις συνίτην ἔριδος πέρι θυμοβόροιο.
Ἔνθ' αὖ Σαρπηδὼν μὲν ἀπήμβροτε δουρὶ φαεινῷ,
Πατρόκλου δ' ὑπὲρ ὦμον ἀριστερὸν ἤλυθ' ἀκωκὴ
Ἔγχεος, οὐδ' ἔβαλ' αὐτόν· ὁ δ' ὕστερος ὤρνυτο χαλκῷ
Πάτροκλος· τοῦ δ' οὐχ ἅλιον βέλος ἔκφυγε χειρός,

Tum Patroclus quidem inclytum Thrasymelum,
Qui strenuus famulus Sarpedonis erat regis,
Hunc *(inquam)* percussit imum ad ventrem; solvitque membra.
Sarpedon verò à *Patroclo* quidem aberravit hastâ fulgenti,
Secundus impetum faciens; at Pedasum vulneravit equum
Hastâ dextrum *in* humerum: is autem gemuit animam expirans;
Deciditque in pulvere ejulans, avolavitque anima.
Duo autem *reliqui equi* dissultabant; crepuitque jugum, habenæque ipsis
Confundebantur, quoniam jacebat equus-exterioris-lori in pulveribus.
Ac hujus-rei quidem Automedon hastâ-inclytus invenit finem;
Educto *nempè* longo ense robusto à femore,
Insurgens abscidit equum *istum* extra-jugalem; neque segnitèr-agebat.
Itaque *bini equi iterùm* aptè-compositi-stabant, inque habenis directi-erant:
Patroclus verò & *Sarpedon* rursus congressi-sunt pugnâ in exitiosâ.
Tum Sarpedon quidem aberravit hastâ fulgenti,
Patroclique supra humerum sinistrum abiit cuspis
Hastæ, neque percussit ipsum: posterior autem irruit ære
Patroclus: hujus autem non irritum telum effugit manu,

Ver. 463. Θρασύμηλον.] Ita ex duobus MSS edidit *Barnesius*. Atque ita in Commentario legit *Eustathius*. *Al.* Θρασυμήδεα. At *Nestoris* filio nomen erat *Thrasymedes*, suprà ί, 81. Quare Θρασύμηλον videtur potior Lectio.

Ver. 469. —ἐν κονίῃσι.] Vide suprà ad ν', 508.

Ver. 470. —κρίκε.] Vide suprà ad β', 314.

Ver. 471. —παρήορος.] Vide suprà ad ver. 152.

Ver. 473. Σπασσάμενος.] Ita edidit *Barnesius*. *Vulgg.* Σπασάμενος. Minùs rectè. Primam enim corripit.

Ver. 474. Ἀΐξας ἀπέκοψε.] Vide suprà ad θ', 87.

Ver. 478. —ἤλυθ'.] Vide suprà ad ό, 454; & ad ά, 37.

Ver. 479. —ὤρνυτο.] Vide suprà ad γ', 260.

Ver. 480. —τοῦ δ' οὐχ ἅλιον βέλος.]
At non hoc telum, mea quod vi dextera versat,
Effugies.—— *Æn.* IX, 747.

Ἀλλ' ἔβαλ', ἔνθ' ἄρα τε φρένες ἔρχαται ἀμφ' ἁδινὸν κῆρ·
Ἤριπε δ', ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν, ἢ ἀχερωῒς,
Ἠὲ πίτυς βλωθρὴ, τήν τ' οὔρεσι τέκτονες ἄνδρες
Ἐξέταμον πελέκεσσι νεήκεσι, νήϊον εἶναι·
Ὣς ὁ πρόσθ' ἵππων καὶ δίφρου κεῖτο τανυσθεὶς,
Βεβρυχὼς, κόνιος δεδραγμένος αἱματοέσσης.
Ἠΰτε ταῦρον ἔπεφνε λέων ἀγέληφι μετελθὼν,
Αἴθωνα, μεγάθυμον ἐν εἰλιπόδεσσι βόεσσιν,
Ὤλετό τε στενάχων ὑπὸ γαμφηλῇσι λέοντος·
Ὣς ὑπὸ Πατρόκλῳ Λυκίων ἀγὸς ἀσπιστάων
Κτεινόμενος μενέαινε, φίλον δ' ὀνόμηνεν ἑταῖρον·
Γλαῦκε πέπον, πολεμιστὰ μετ' ἀνδράσι, νῦν σε μάλα χρὴ
Αἰχμητήν τ' ἔμεναι, καὶ θαρσαλέον πολεμιστήν·
Νῦν τοι ἐελδέσθω πόλεμος κακὸς, εἰ θοός ἐσσι.
Πρῶτα μὲν ὄτρυνον Λυκίων ἡγήτορας ἄνδρας,
Πάντη ἐποιχόμενος, Σαρπηδόνος ἀμφιμάχεσθαι·
Αὐτὰρ ἔπειτα καὶ αὐτὸς ἐμεῦ πέρι μάρναο χαλκῷ.
Σοὶ γὰρ ἐγὼ καὶ ἔπειτα κατηφείη καὶ ὄνειδος

Sed percussit, ubi utique præcordia complectuntur densum cor:
Cecidit autem, sicut quandò aliqua quercus cadit, vel populus,
Vel pinus alta, quam in montibus fabri
Exciderunt securibus recens-exacutis, navale-lignum ut sit:
Sic ille ante equos & currum jacebat porrectus,
Dentibus-frendens, pulvere manibus-prehenso sanguinolento.
Veluti taurum interficit leo armento superveniens,
Fulvum, magnanimum inter flexipedes boves,
Perítque *is* gemens sub maxillis leonis;
Sic à Patroclo Lyciorum ductor clypeatorum
Interfectus indignante-animâ-gemebat, charúmque nomine vocabat socium;
" Glauce charissime, bellator inter viros, nunc te admodùm oportet
" Pugnacémque esse, & audacem bellatorem:
" Nunc tibi cordi-sit pugna gravis, si prælio-impiger es.
" Primùm quidem adhortare Lyciorum ductores viros,
" Quaquaversùm obiens, pro Sarpedone præliari:
" Quin deinceps & ipse super me pugnes ære.
" Tibi enim ego etiam posthàc pudor & opprobrium

Ver. 481. —ἔρχαται.] Καθείργνυνται. *Eustath.* Nempe ab εἴργω, non ab ἔρχομαι, deducitur ἔρχαται; ut rectè hîc annotavit *Barnesius.*

Ver. 482. Ἤριπε δ', ὡς ὅτε τις —πίτυς.] Vide suprà ad ν', 389.

Concidit; ut quondam cava concidit, aut Erymantho,
Aut Idâ in magnâ, radicibus eruta pinus. *Æn.* V, 448.

Ver. 483. —τήν τ'.] *Quam scilicèt*—.

Ver. 485. Ὣς ὁ —κεῖτο τανυσθεὶς, Βεβρυχὼς, κόνιος δεδραγμένος αἱματοέσσης.]

——cadit atque cruentam
Mandit humum, moriensque suo se in vulnere versat. *Æn.* XI, 669.

Ver. 488. —ἐν εἰλιπόδεσσι.] *Al.* ἐπ' εἰλιπόδεσσι.

Ver. 491. Κτεινόμενος.] *Quum interficeretur.*

Ver. 495. —ὄτρυνον.] Vide suprà ad ι', 44.

Ver. 496. Πάντη ἐποιχόμενος.] Cod. *Harleian.* Πάντας ἐποιχόμενος. Sed & iterùm occurrit Πάντη ἐποιχόμενος, infrà *ver.* 533.

Ver. 500.

Ἔσσομαι ἤματα πάντα διαμπερὲς, εἴ κε μ' Ἀχαιοὶ
Τεύχεα συλήσωσι, νεῶν ἐν ἀγῶνι πεσόντα.
Ἀλλ' ἔχεο κρατερῶς, ὄτρυνε δὲ λαὸν ἅπαντα.
Ὣς ἄρα μιν εἰπόντα τέλος θανάτοιο κάλυψεν,
Ὀφθαλμοὺς, ῥῖνάς θ'· ὁ δὲ λὰξ ἐν στήθεσι βαίνων,
Ἐκ χροὸς ἕλκε δόρυ, προτὶ δὲ φρένες αὐτῷ ἕποντο·
Τοῖο δ' ἅμα ψυχήν τε, καὶ ἔγχεος ἐξέρυσ' αἰχμήν.
Μυρμιδόνες δ' αὐτοῦ σχέθον ἵππους φυσιόωντας
Ἱεμένους φοβέεσθαι, ἐπεὶ λίπον ἅρματ' ἀνάκτων.
Γλαύκῳ δ' αἰνὸν ἄχος γένετο φθογγῆς ἀΐοντι·
Ὠρίνθη δέ οἱ ἦτορ, ὅτ' οὐ δύνατο προσαμῦναι.
Χειρὶ δ' ἑλὼν ἐπίεζε βραχίονα· τεῖρε γὰρ αἰνῶς
Ἕλκος, ὃ δή μιν Τεῦκρος ἐπεσσύμενον βάλεν ἰῷ,
Τείχεος ὑψηλοῖο ἀρὴν ἑτάροισιν ἀμύνων.
Εὐχόμενος δ' ἄρα εἶπεν ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι·
Κλῦθι, ἄναξ, ὅς που Λυκίης ἐν πίονι δήμῳ

" Ero dies omnes perpetuò, si quidem mihi Achivi
" Arma detraxerint, in hoc ad naves certamine interfectò.
" Verùm capesse *pugnam* strenuè, adhortaréque populum omnem.
Sic ipsum locutum finis mortis texit,
Oculos, naresque; *Patroclus* nempè, calce pectoribus impresso,
E corpore traxit hastam, præcordiaque ipsam *adhærentia* sequebantur;
Ejúsque simul animámque, & hastæ evulsit cuspidem.
Myrmidones autem illic detinuerunt *ejus* equos anhelantes,
Cupientes fugere, postquam reliquissent currus dominorum *suorum*.
Glauco verò gravis dolor ortus est vocem *amici* audienti:
Commotum autem est ei cor, quòd non posset opem-ferre.
Manu autem prehendens *eum* stringebat *sibi* brachium: affligebat enim eum gravitèr
Vulnus, quod jam ei Teucer irruenti inflixerat sagittâ,
E muro excelso malum à sociis propulsans.
Precans autem dixit longè-jaculanti Apoliini;
" Exaudi, rex, qui alicubi Lyciæ in opulento populo

Ver. 500.—νεῶν ἐν ἀγῶνι πεσόντα.] Vituperat hîc *Homerum Terrassonus*, quòd *Sarpedonem*, etsi longè à navibus absentem, tamen *medias se inter naves occidisse* dicentem introducat. " Les Commentateurs " (inquit) " —ont dit là dessus, que Sarpedon rêvoit, " etant à l' article de la mort. —Ainsi, Homére n'a point d' autre raison pour faire " dire à Sarpedon qu'il meuit au milieu des " vaisseaux, quoiqu'il fut bien loin de là; " sinon que c'est un vers tout fait, une formule employée au 15[e] Livre, au sujet de " Caletor tué effectivement au milieu des " vaisseaux; νεῶν ἐν ἀγῶνι πεσόντα. ό, 428." *Dissertat. sur l' Iliade, Part. IV. cap.* 6. Verùm, ut opinor, " *νεῶν ἐν ἀγῶνι πεσόντα*" utrobique, non est, " *medias inter naves,*" sed, " *in certamine de navibus, stratum.*" Atque ita hîc accipit Dna *Dacier*; " Il me " paroît que ——νεῶν ἐν ἀγῶνι peut signifier fort naturellement, *à l' attaque des* " *vaisseaux.*" Alteram tamen explicandi rationem sequitur *Eustathius*, Τὸ δὲ, " νεῶν " ἐν ἀγῶνι πεσόντα," μιμητικῶς ἔψευσται· ἔξω μὲν γὰρ καὶ τῆς τάφρου ἐν τῇ πεδιάδι πίπτει, καὶ οὐκ ἐν τῷ ἀθροίσματι καὶ τῇ ἀγορᾷ τῶν νεῶν. Ὁ δὲ ἤδη τεταραγμένος τὸ φρονεῖν, ἄλλως λέγει· ἤδη γὰρ πρὸς τῷ θνήσκειν ἐστί.

Ver. 502. —τέλος θανάτοιο κάλυψεν Ὀφθαλμούς.]

Olli dura quies oculos & ferreus urget
Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem. *Æn.* XII, 309.

Ver. 510. —αἰνῶς.] *Al.* αὐτόν.

Ver. 511. —ὃ δή μιν Τεῦκρος ἐπεσσύμενον βάλεν ἰῷ.] Suprà, μ', 387.

Ver. 513.—ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι.] Cod. *Harleian.* ἑκηβόλον Ἀπόλλωνα.

Εἷς, ἢ ἐνὶ Τροίῃ· δύνασαι δὲ σὺ πάντοσ' ἀκούειν
Ἀνέρι κηδομένῳ, ὡς νῦν ἐμὲ κῆδος ἱκάνει.
Ἕλκος μὲν γὰρ ἔχω τόδε καρτερὸν, ἀμφὶ δέ μοι χεὶρ
Ὀξείῃς ὀδύνῃσιν ἐλήλαται, οὐδέ μοι αἷμα
Τερσῆναι δύναται· βαρύθει δέ μοι ὦμος ὑπ' αὐτοῦ·
Ἔγχος δ' οὐ δύναμαι σχεῖν ἔμπεδον, οὐδὲ μάχεσθαι
Ἐλθὼν δυσμενέεσσιν· ἀνὴρ δ' ὤριστος ὄλωλε,
Σαρπηδὼν, Διὸς υἱός· ὁ δ' οὐδ' ᾧ παιδὶ ἀμύνει.
Ἀλλὰ σύ πέρ μοι, ἄναξ, τόδε καρτερὸν ἕλκος ἄκεσσαι,
Κοίμησον δ' ὀδύνας, δὸς δὲ κράτος, ὄφρ' ἑτάροισι
Κεκλόμενος Λυκίοισιν ἐποτρύνω πολεμίζειν·
Αὐτός τ' ἀμφὶ νέκυι κατατεθνειῶτι μάχωμαι.
" Heros, quin & tu deos sempiternos
" Precare; nam te aiunt Jovis filiâ Venere
" Satum esse; ille autem inferiore ex deâ est:
" Illa etenim, ex Jove est, hæc verò ex marino sene.
" Sed rectà infer æs indomitum, neque te omninò
" Sævis verbis avertat & minis.
Sic fatus, inspiravit animos magnos pastori populorum:
Processit autem per primos pugnatores, armatus corusco ære.
Nec latuit Anchisæ filius candidam-ulnas Junonem,
Contra Pelidem vadens, per turmas virorum:
Illa autem in-unum vocatos inter deos verbum dixit;

Ver. 99. —τοῦ γ'.] *Al.* τοῦ δ'.

Ver. 100. —εἰ δὲ θεός περ Ἶσον τείνειεν πολέμου τέλος.] Ἶσον ποιήσειε τὸ τέλος τοῦ πολέμου, μηδὲ ἑτέρῳ βοηθῇ. *Schol.* Sic apud *Euripidem*;

Οἱ δὲ Συρηκοσίους ὀκτὼ νίκας ἐκράτησαν
Ἄνδρες, ὅτ' ἦν τὰ θεῶν ἐξ ἴσου ἀμφοτέροις.
Ἐπικήδειον.

Ver. 101. —οὔ με μάλα ῥέα.] Ita ex tribus MSS, & ex *Eustathio* edidit *Barnesius*. *Al.* οὔ με μάλα ῥεῖα. Pronuntiabatur, ut opinor, οὔ με μάλαρ ῥᾶ. Vide suprà ad ρ', 461.

Ver. 103—132. Τὸν δ' —— Τὴν δ'.] Vide suprà ad ά, 121; ad γ', 200; & ad θ', 160. Malè *Barnesius*, Τόνδ' —— Τήνδ'.

Ver. 104. —ἀλλά γ'.] Cod. *Harleian.* ἀλλ' ἄγε.

Ver. 110. —ἔμπνευσε μένος μέγα ποιμένι λαῶν.] Καὶ περὶ τὰς μάχας οἱ πολεμικοὶ τὸ ἐνθουσιῶδες, ἀνυπόστατόν [illegible] Ὃ [illegible] τοῖς θεοῖς Ὅμηρος [illegible] τοῖς ἀνθρώποις, (ὡς εἶπεν —— " [illegible] " μένος μέγα ποιμένι λαῶν.") —— καθάπερ [illegible] *Plutarch. de virtute morali, sub finem.* Vide suprà ad ε', 185.

Ver. 115.

Φράζεσθον δὴ σφῶϊ, Ποσείδαον, καὶ Ἀθήνη,
Ἐν φρεσὶν ὑμετέρῃσιν, ὅπως ἔσαι τάδε ἔργα.
Αἰνείας ὅδ' ἔβη, κεκορυθμένος αἴθοπι χαλκῷ,
Ἀντία Πηλείωνος· ἀνῆκε δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων.
Ἀλλ' ἄγετ', ἡμεῖς πέρ μιν ἀποτρωπῶμεν ὀπίσσω
Αὐτόθεν· ἤτις ἔπειτα καὶ ἡμείων Ἀχιλῆϊ
Παρσταίη, δοίη δὲ κράτος μέγα, μηδέ τι θυμῷ
Δευέσθω· ἵνα εἰδῇ, ὅ μιν φιλέουσιν ἄριστοι
Ἀθανάτων· οἱ δ' αὖτ' ἀνεμώλιοι, οἳ τὸ πάρος περ
Τρωσὶν ἀμύνουσιν πόλεμον καὶ δηϊοτῆτα.
Πάντες δ' Οὐλύμποιο κατήλθομεν ἀντιόωντες
Τῆσδε μάχης, ἵνα μή τι μετὰ Τρώεσσι πάθῃσι
Σήμερον· ὕστερον αὖτε τὰ πείσεται, ἅσσα οἱ αἶσα
Γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.
Εἰ δ' Ἀχιλεὺς οὐ ταῦτα θεῶν ἐκπεύσεται ὀμφῆς,
Δείσετ' ἔπειθ', ὅτε κέν τις ἐναντίβιον θεὸς ἔλθῃ
Ἐν πολέμῳ· χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς.
Τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα Ποσειδάων ἐνοσίχθων·

" Considerate jam vos, Neptune, & Minerva,
" In mentibus vestris, ut se-habebunt hæc opera.
" Æneas ille ivit, armatus corusco ære
" Contra Pelidem: impulit nempè Phœbus Apollo.
" Sed agite, nos tamen eum avertamus retrò
" Illinc: aut aliquis utique etiam nostrûm Achilli
" Adstet, détque robur magnum, neque quid animo
" Egeat; ut sciat, ipsum diligere potentissimos
" Immortalium: hi verò inanes, qui hactenùs utique
" Trojanis defendere-conantur prælium & cædem.
" Omnes autem de cælo descendimus interfuturi
" Huic pugnæ; ut nè quid inter Trojanos patiatur
" Hodié: in-posterum verò ea patietur, quæcunque ei Parca
" Nascenti nevit lino, quandò ipsum peperit mater.
" Si verò Achilles non hæc deorum didicerit ex voce,
" Timebit utique, quandò quis contrà deus venerit
" In prælio: terribiles nempè dii, quum apparent manifesti.
Huic autem respondit deindè Neptunus terræ-quassator;

Ver. 115. —Ποσείδαον.] Ccd. *Harleian.* Ποσειδάων.

Ver. 118, & 138. —Φοῖβος Ἀπόλλων.] Vide suprà ad ά, 43.

Ver. 119. —ἀποτρωπῶμεν.] *Al.* ἀποτρωπῶμεν.

Ver. 122. —φιλέουσιν.] Vide infrà ad *ver.* 304.

Ver. 127. —πείσεται, ἅσσα οἱ αἶσα.]

—ἔμπης δ' ὅ, τι μοῖρα παθεῖν, οὐκ
ἔσθ' ὑπαλύξαι.

Theogn. Gnom. ver. 815.

Ver. 129. —θεῶν ἐκπεύσεται.] *Al.* θεῶν ἐκπεύσεται.

Ver. 131. —χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς.] Τὸν Ῥωμαῖον, ὃς ἐπιτέτραπτο Αἴγυπτον, ἄνδρα ἔφη χρήμασιν ἀναπείσαντα ἐς τὸ ἄδυτον καταπέμψαι τῆς Ἴσιδος τὸ ἐν Κόπτῳ. Καὶ ὁ ἐσπεμφθεὶς ἀνέστρεψε μὲν ἐκ τοῦ ἀδύτου· διηγησάμενον δὲ ὁποῖα ἐθεάσατο, καὶ τοῦτον αὐτίκα ἐπυνθανόμην τελευτῆσαι. Τὸ ἔπος οὖν ἀληθεύειν ἔοικε τὸ Ὁμήρου, σὺν οὐδενὶ αἰσίῳ τοὺς θεοὺς τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐναργεῖς ὁρᾶσθαι. *Pausan. Phocic. lib.* X, *cap.* 32, *sub fine.*

Ἥρη, μὴ χαλέπαινε παρὲκ νόον· οὐδέ τί σε χρή.
Οὐκ ἂν ἔγωγ' ἐθέλοιμι θεοὺς ἔριδι ξυνελάσσαι
Ἡμέας τοὺς ἄλλους, ἐπειὴ πολὺ φέρτεροί ἦμεν.
Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ἔπειτα καθεζώμεσθα κιόντες
Ἐκ πάτου ἐς σκοπιὴν, πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει.
Εἰ δέ κ' Ἄρης ἄρχησι μάχης, ἢ Φοῖβος Ἀπόλλων,
Ἢ Ἀχιλῆ' ἴσχωσι, καὶ οὐκ εἰῶσι μάχεσθαι,
Αὐτίκ' ἔπειτα καὶ ἄμμι παρ' αὐτόφι νεῖκος ὀρεῖται
Φυλόπιδος· μάλα δ' ὦκα διακρινθέντας ὀΐω
Ἂψ ἴμεν Οὔλυμπόνδε, θεῶν μεθ' ὁμήγυριν ἄλλων,
Ἡμετέρης ὑπὸ χερσὶν ἀνάγκῃ ἶφι δαμέντας.
Ὣς ἄρα φωνήσας ἡγήσατο Κυανοχαίτης
Τεῖχος ἐς ἀμφίχυτον Ἡρακλῆος θείοιο,
Ὑψηλὸν, τό ῥά οἱ Τρῶες καὶ Παλλὰς Ἀθήνη
Ποίεον, ὄφρα τὸ κῆτος ὑπεκπροφυγὼν ἀλέοιτο,

“ Juno, nè sævi temerè: neque *enim* omninò te decet.
“ Non ego ſanè velim deos ad certamen committere
“ Nos alios, quoniam multò fortiores ſumus.
“ Sed nos quidem jam conſideamus profecti
“ Ex viâ in ſpeculam; prælium verò mortalibus curæ-erit.
“ Sin Mars incipiat pugnam, aut Phœbus Apollo,
“ Vel Achillem inhibeant, & non ſinant pugnare;
“ Tum confeſtim & nobis è veſtigio certamen orietur
“ Conflictûs: perquàm autem celeritèr decreto *eos* prælio puto
“ Redituros ad Olympum, deorum ad cœtum cæterorum,
“ Noſtrarum virtute manuum neceſſitate violentèr domitos.
Sic quidem locutus præibat Cæruleus-crines
Ad murum aggere-factum Herculis divini,
Altum, quem quidem ei Trojani & Pallas Minerva
Condidere, ut cœtum fugiens evitaret,

Ver. 134. —ξυνελάσσαι]. *Al.* ξυνελάσαι. Minùs rectè; ſecundam enim corripit:

——ἐλάσαι πολέμοιο. . . τ', 423.

Ver. 135. Ἡμέας.] Pronuntiabatur Ἡμᾶς.

Ibid. —φέρτεροί ἦμεν.] *Al.* φέρτεροι εἰμέν. Quo modo legit & Codex *Harleianus*.

Ver. 137. Ἐκ πάτου ἐς σκοπιὴν.] Ἐκ τῆς πεπατημένης ὁδοῦ· εἰς τόπον σκοπιὰν ἔχοντα. *Schol.*

Ibid. —πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει.]

Bella viri pacemque gerant, queis bella gerenda. *Æn.* VII, 444.

Ver. 138. Εἰ δέ κ' Ἄρης ἄρχησι μάχης, ἢ Φοῖβος Ἀπόλλων.] *Al.* Εἰ δέ κ' Ἄρης ἄρχωσι μάχης, ἠδὲ Φοῖβος Ἀπόλλων.

Ver. 140. —ὀρεῖται.] *Al.* ὄρηται.

Ver. 141. —διακρινθέντας.] *Al.* διακριθέντας. Quod ferri non poteſt; antepenultimam enim neceſſariò corripit.

Ver. 143. —ἀνάγκῃ.] Cod. *Harleian.* ἀνάγκης.

Ver. 144. —Κυανοχαίτης.] Vide ſuprà ad ά, 43, 58, & 528.

Ver. 145. —ἀμφίχυτον Ἡρακλῆος.] Quâ ratione, ultima vocis ἀμφίχυτον hîc producatur; item παῖδες, *ver.* 183; vide ſuprà ad δ', 51.

Ver. 146. —τό ῥά.] *Quem ſcilicèt*——.

Ver. 147. —ὄφρα τὸ κῆτος.] Τί δή; (φήσαι τις ἄν·) οὐθὲν ταῦτα [τὰ Ἄρθρα] συμβάλλεται πρὸς λόγον; Εἴποιμ' ἂν ἔγωγε, φήσαιμ' ἄν, ὥσπερ ἅλας συμβάλλεσθαι πρὸς ὄψον, ὕδωρ δὲ πρὸς μᾶζαν.—— Καὶ Ὅμηρος, ἐπίαν κόσμῳ περιερχόμενος, ἐλλιπεῖς τῶν ὀνομάτων ἄρθρα ὥσπερ λαβὰς ἐκπώμασι δεομένοις, ἢ λόφους κράνεσιν, ἐπιτίθησι. Διὸ καὶ παράσημα τῶν ἐπῶν, ἐν οἷς ταῦτα ποιεῖ, γέγονεν· Ὡς τὸ,——
“ Ποίεον, ὄφρα τὸ κῆτος ὑπεκπροφυγὼν ἀ-
“ λέοιτο.” *Plutarch. Quæſt. Platonicæ*, ſub finem.

Ὁππότε μιν σεύαιτο ἀπ' ἠϊόνος πεδίονδε.
Ἔνθα Ποσειδάων κατ' ἄρ' ἕζετο, καὶ θεοὶ ἄλλοι,
Ἀμφὶ δ' ἄρ' ἄρρηκτον νεφέλην ὤμοισιν ἕσαντο.
Οἱ δ' ἑτέρωσε κάθιζον ἐπ' ὀφρύσι Καλλικολώνης,
Ἀμφὶ σέ, ἤιε Φοῖβε, καὶ Ἄρηα πτολίπορθον.
Ὣς οἱ μέν ῥ' ἑκάτερθε καθείατο μητιόωντες
Βουλάς· ἀρχέμεναι δὲ δυσηλεγέος πολέμοιο
Ὤκνεον ἀμφότεροι· Ζεὺς δ', ἥμενος ὕψι, κέλευε.
Τῶν δ' ἅπαν ἐπλήσθη πεδίον, καὶ ἐλάμπετο χαλκῷ
Ἀνδρῶν ἠδ' ἵππων· κάρκαιρε δὲ γαῖα πόδεσσιν
Ὀρνυμένων ἄμυδις· δύο δ' ἀνέρες ἔξοχ' ἄριστοι
Ἐς μέσον ἀμφοτέρων συνίτην, μεμαῶτε μάχεσθαι,
Αἰνείας τ' Ἀγχισιάδης, καὶ δῖος Ἀχιλλεύς.
Αἰνείας δὲ πρῶτος ἀπειλήσας ἐβεβήκει,
Νευστάζων κόρυθι βριαρῇ· ἀτὰρ ἀσπίδα θοῦριν
Πρόσθεν ἔχε στέρνοιο, τίνασσε δὲ χάλκεον ἔγχος.

Quando ipsum persequens-ageret à littore ad-planitiem.
Illic Neptunus quidem consedit & dii cæteri,
Nesciámque-scindi nubem humeris circumdederunt.
Ii verò ex-alterâ-parte sedebant in jugis Callicolones,
Circum te, arcitenens Phœbe, & Martem urbium-vastatorem.
Sic hi quidem utrinque sedebant consultantes
Consilia; incipere autem gravem pugnam,
Pigrabantur utrique: Jupiter autem, sedens altè, instigabat.
Illis verò totus impletus erat campus, & fulgebat ære
Virorum & equorum; resonabátque tremens terra pedibus
Concurrentium simul: duo autem viri longè fortissimi
In medium utrorumque congrediebantur, ardentes in pugnam,
Æneásque Anchisiades, & nobilis Achilles.
Æneas autem primùm minabundus processit,
Nutans casside validâ; clypeúmque cum-impetu-versabile
Prætendebat pectori, vibrabátque æream hastam.

Ibid. —ἀλέοιτο.] *Al.* ἀλέαιτο.
Ver. 148. —σεύαιτο.] Cod. *Harleian.* σεύαιτο.
Ver. 150. —νεφέλην ὤμοισιν ἕσαντο.]
Nube candentes humeros amictus.
Horat. Carm. lib. I, *Ode.* II, *ver.* 31.
Ver. 151. —ἐπ' ὀφρύσι Καλλικολώνης.] Sic apud *Virgilium*;
— *supercilio* clivosi tramitis undam
Elicit— *Georgic.* I, 108.
Ver. 152. —ἤιε Φοῖβε.] Ἄπολλον τοξικὲ, ἀπὸ τοῦ ἱέναι. *Schol.* *Al.* ἤιε. Vide suprà ad ά, 43, 75, & ad ό, 365.
Ver. 153. —ῥ'.] *Ut jam dictum est* — *ver.* 149, 151.
Ibid. —καθείατο.] *Al.* καθήατο.
Ver. 156. —καὶ ἐλάμπετο χαλκῷ.] Vide suprà ad τ', 362.
Ver. 157. —κάρκαιρε δὲ γαῖα πόδεσσιν.] Vide suprà ad τ', 363.
Ibid. —κάρκαιρε.] De hujusmodi ὀνοματοποιΐα, vide suprà ad δ', 455. Διαφαίνεται δὲ ἡ ἀρετὴ τῆς ὀνοματοποιΐας τοῦ καρκαίρειν, ὅτι τῆς γῆς μάλιστα τραχείας καταξηραμένης, ἵνα θίγοι δι' αὐτῆς. *Eustath.*
Ver. 158. Ὀρνυμένων.] Vide suprà ad γ', 260.
Ver. 159. —μεμαῶτε.] Vide suprà ad ν', 46.
Ver. 160. Αἰνείας τ'.] Versum hunc in uno MS deesse annotat *Barnesius.*
Ver. 161. —ἐβεβήκει.] Vide suprà ad π', 751; & ad δ', 492.
Ver. 162. Νευστάζων κόρυθι.] Ita infrà χ', 314;
—κόρυθι δ' ἐπένευε φαεινῇ.

Ver. 164.

Πηλείδης δ' ἑτέρωθεν ἐναντίον ὦρτο, λέων ὥς
Σίντης, ὅν τε καὶ ἄνδρες ἀποκτάμεναι μεμάασιν,
Ἀγρόμενοι, πᾶς δῆμος· ὁ δὲ, πρῶτον μὲν ἀτίζων,
Ἔρχεται, ἀλλ' ὅτε κέν τις ἀρηϊθόων αἰζηῶν
Δουρὶ βάλῃ, ἐάλη τε χανὼν, περί τ' ἀφρὸς ὀδόντας
Γίνεται, ἐν δέ τέ οἱ κραδίῃ στένει ἄλκιμον ἦτορ.
Οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχία ἀμφοτέρωθεν
Μαστίεται, ἑὲ δ' αὐτὸν ἐποτρύνει μαχέσασθαι·
Γλαυκιόων δ' ἰθὺς φέρεται μένει· ἤν τινα πέφνῃ
Ἀνδρῶν, ἢ αὐτὸς φθίεται πρώτῳ ἐν ὁμίλῳ·

Pelides verò ex-alterâ-parte contrà ruebat, leo veluti
Exitialis, quem viri interficere animis-ardent,
Congregati, totus pagus: is verò, primùm quidem contemnens,
Incedit; sed quandò quis prælio-impigrorum juvenum
Hastâ ferierit, contorquétque se hians, circúmque spuma dentes
Oritur, inque ei corde gemit generosus animus;
Caudâ verò lateráque & femora utrinque
Verberat, séque ipsum excitat ad pugnam:
Torvúmque-contuens fertur furore; si quem occidere-possit
Virorum, vel ipse perit primâ in turbâ:

Ver. 164. Πηλείδης δ' ἑτέρωθεν ἐναντίον ὦρτο, λέων ὥς.] Similitèr *Hesiodus*;

Δεινὸν ὁρῶν ὄσσοισι, λέων ὥς——
Γλαυκιόων δ' ὄσσοις δεινὸν, πλευράς τε καὶ ὤμους
Οὐρῇ μαστιόων ποσσὶ γλάφει, οὐδέ τις αὐτὸν
Ἔτλη ἐς ἄντα ἰδὼν σχεδὸν ἐλθεῖν, οὐδὲ μάχεσθαι·
Τοῖος ἄρ'——
Ἀσπὶς Ἡρακλ. *ver.* 426, 430.

Et *Virgilius*;

Attollitque animos: Pœnorum qualis in arvis
Saucius ille gravi venantum vulnere pectus,
Tum demum movet arma leo; gaudetque comantes
Excutiens cervice toros, fixumque latronis
Impavidus frangit telum, & fremit ore cruento:
Haud secus accenso gliscit violentia Turno. *Æn.* XII, 4.

Ut fera, quæ densâ venantum septa coronâ
Contra tela furit, seseque haud nescia morti
Injicit, & saltu supra venabula fertur. *Æn.* IX, 551.

Et *Lucanus*;

——sic cum squalentibus arvis
Æstiferæ Libyes viso leo cominus hoste,
Subsedit dubius, totam dum colligit iram;
Mox, ubi se sævæ stimulavit verbere caudæ,
Erexitque jubam, & vasto grave murmur hiatu
Infremuit: tum torta levis si lancea Mauri
Hæreat, aut latum subeant venabula pectus,
Per ferrum tanti securus vulneris exit. *Pharsal. lib.* I, *ver.* 205.

Porrò *Macrobius* posteriorem *Virgilii* locum inter eos citat, in quibus *Virgilius Homerici* carminis Majestatem non æquat. "Videtis in angustum Latinam parabolam sic esse contractam, ut nihil possit sese jejunius. Græcam contrà & verborum & rerum copiâ pompam veræ venationis implesse?" *Lib.* V, *cap.* 13.

Ver. 169. Γίνεται.] *Al.* Γίγνεται. Quod perindè est. Nam γίνομαι primam producit.

Ibid. —κραδίῃ.] *Al.* καρδίῃ.

Ver. 170. Οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχία.] "Leonum animi index cauda——. Immota ergo; placidus, clemens, blandientique similis, quod rarum est; crebrior enim iracundia ejus. In principio terra verberatur; incremento terga, ceu quodam incitamento, flagellantur." *Plin. Natural. Hist. lib.* VIII, *cap.* 16.

Ver. 171. —μαχέσασθαι.] Cod. *Harleiani* μαχέσθαι. Quo modo & in uno MS scriptum repperit *Barnesius*.

Ὣς Ἀχιλῆ' ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸς ἀγήνωρ
Ἀντίον ἐλθέμεναι μεγαλήτορος Αἰνείαο.
Οἱ δ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες,
Τὸν πρότερος προσέειπε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς·
Αἰνεία, τί σὺ, τόσον ὁμίλου πολλὸν ἐπελθὼν,
Ἕστης· ἦ σέ γε θυμὸς ἐμοὶ μαχέσασθαι ἀνώγει,
Ἐλπόμενον Τρώεσιν ἀνάξειν ἱπποδάμοισι
Τιμῆς τῆς Πριάμου; ἀτὰρ εἴκεν ἔμ' ἐξεναρίξης,
Οὔτοι τοὔνεκά γε Πρίαμος γέρας ἐν χερὶ θήσει·
Εἰσὶ γάρ οἱ παῖδες· ὁ δὲ ἔμπεδος, οὐδ' ἀεσίφρων.
Ἦ νύ τί τοι Τρῶες τέμενος τάμον, ἔξοχον ἄλλων,
Καλὸν φυταλιῆς καὶ ἀρούρης, ὄφρα νέμηαι,
Αἴκεν ἐμὲ κτείνῃς; χαλεπῶς δέ σ' ἔολπα τὸ ῥέξειν.
Ἤδη μέν σέ γε, φημὶ, καὶ ἄλλοτε δουρὶ φόβησα.
Ἦ οὐ μέμνῃ, ὅτε πέρ σε, βοῶν ἄπο μοῦνον ἐόντα,
Σεῦα κατ' Ἰδαίων ὀρέων ταχέεσι πόδεσι
Καρπαλίμως; τότε δ' οὔτι μετατροπαλίζεο φεύγων·

Sic Achillem incitabat robur & animus magnus
Contra ire magnanimum Æneam.
Illi verò quandò jam propè erant alter in alterum vadentes,
Hunc prior allocutus est pedibus-valens nobilis Achilles;
" Ænea, cur tu, tantum agminum spatium permensus,
" Constitisti: an te utique animus mecum pugnare jubet,
" Sperantem Trojanis te imperaturum equûm-domitoribus
" Dignitate, quâ Priamus? Sed si me interfeceris
" Non tibi propterea Priamus præmium in manibus ponet:
" Sunt enim ei filii: ipse autem constans, neque mente-levis.
" An verò tibi Trojani nemus tribuerunt, egregium præ aliis,
" Amœnum & vitiferum, & arabile, quod colas,
" Si me interfeceris? difficultèr autem te spero hoc facturum.
" Jam enim te, autumo, & aliàs hastâ fugavi.
" An non recordaris, quandò te à bobus, solus cùm-esses,
" Agitavi de Idæis montibus velocibus pedibus
" Celeritèr? tunc verò nusquam convertebaris fugiens:

Ver. 176. Οἱ δ' ὅτε δή.] Similitèrque infrà, *ver.* 228; Ἀλλ' ὅτε δή. Vide suprà ad ξ', 433.

Ver. 178. —ἐπελθών.] Cod. *Harleian.* ἀπελθών.

Ver. 179. —μαχέσασθαι.] *Al.* μαχέσασθαι.

Ver. 180—186. Ἐλπόμενον——ῥέξειν.] Versus hosce septem repudiari notant Scholia MSS apud *Barnesium*. Nullâ, ut videtur, idoneâ ratione.

Ver. 181. Τιμῆς τῆς Πριάμου.] Ἕνεκεν τῆς Βασιλείας· ἀντιφέρει γὰρ, " Οὔτοι τοὔνεκα Πρί- " αμος γέρας." *Schol.*

Ibid. —ἐξεναρίξῃς.] *Al.* ἐξεναρίξεις.

Ver. 183. Εἰσὶ γάρ οἱ παῖδες· ὁ δὲ ἔμπεδος.] *Al.* Εἴσιν γάρ οἱ παῖδες· ὁ δ' ἔμπεδος.

Ver. 185. Καλόν.] Vide suprà ad β', 43. *Al.* ἐσθλόν.

Ibid. —ἀρούρης.] Vide suprà ad ζ', 142.

Ver. 186. —ἔολπα.] *Spero*; non *speravi*. Vide suprà ad ε', 240; & ad ν', 736.

Ibid. —ῥέξειν.] *Al.* ῥέξειν.

Ver. 187. —φόβησα.] Cod. *Harleian.* φοβῆσαι. Quæ & proba lectio.

Ver. 188. Ἦ οὐ μέμνῃ.] *Al.* Ἦ οὐ μέμνησ'· Enuntiabatur autem (uti & notavit *Barnesius*) ac si scriptum fuisset ἦ'ν μέμνῃ· Non licentiâ aliquâ *Poëticâ*, sed quia volgò etiam in *solutâ* (ut opinor) oratione ita pronuntiabatur. Vide suprà ad ἐ, 349; ad ί, 533; & ad ξ', 471.

Ver. 190. —τότε δ' οὔτι.] *Al.* πρὶν δ' οὔτι.

Ἔνθεν δ' ἐς Λυρνησσὸν ὑπέκφυγες· αὐτὰρ ἐγὼ τὴν
Πέρσα, μεθορμηθεὶς σὺν Ἀθήνῃ καὶ Διὶ πατρί·
Ληϊάδας δὲ γυναῖκας, ἐλεύθερον ἦμαρ ἀπούρας,
Ἦγον· ἀτὰρ σὲ Ζεὺς ἐρρύσατο καὶ θεοὶ ἄλλοι.
Ἀλλ' οὐ νῦν σ' ἐρύεσθαι ὀΐομαι, ὡς ἐνὶ θυμῷ
Βάλλεαι· ἀλλά σ' ἔγωγ' ἀναχωρήσαντα κελεύω
Ἐς πληθὺν ἰέναι, μηδ' ἀντίος ἵστασ' ἐμεῖο,
Πρίν τι κακὸν παθέειν· ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.
Τὸν δ' αὖτ' Αἰνείας ἀπαμείβετο, φώνησέν τε·
Πηλεΐδη, μὴ δή μ' ἐπέεσσί γε, νηπύτιον ὥς,
Ἔλπεο δειδίξεσθαι· ἐπεὶ σάφα οἶδα καὶ αὐτὸς,
Ἠμὲν κερτομίας, ἠδ' αἴσυλα μυθήσασθαι.
Ἴδμεν δ' ἀλλήλων γενεὴν, ἴδμεν δὲ τοκῆας,
Πρόκλυτ' ἀκούοντες ἔπεα θνητῶν ἀνθρώπων·
Ὄψει δ' οὔτ' ἄρ πω σὺ ἐμοὺς ἴδες, οὔτ' ἄρ' ἐγὼ σούς.
Φασί σε μὲν Πηλῆος ἀμύμονος ἔκγονον εἶναι,
Μητρὸς δ' ἐκ Θέτιδος, καλλιπλοκάμου ἁλοσύδνης·
Αὐτὰρ ἐγὼν υἱὸς μεγαλήτορος Ἀγχίσαο

"Inde autem in Lyrnessum evasisti: verùm ego hanc
" Everti, aggressus cum Minervâ & Jove patre;
" Captivas autem mulieres, libero die erepto,
" Abduxi: at te Jupiter servavit & dii cæteri.
" Sed non nunc te servaturos puto, ut in animum
" Inducis: verùm te ego sanè regressum hortor
" In multitudinem ire, neque adversus stes mihi,
" Antequàm quid mali passus fueris: jam factum verò & stultus sentit.
Huic verò Æneas respondit, dixitque;
" Pelide, nè jam me verbis, puerulum tanquam,
" Speres te territurum: facilè enim possum & ipse,
" Et convitia, & opprobria, proloqui.
" Scimus autem alter-alterius genus, scimus & parentes,
" Jam-olim-dicta audientes verba mortalium hominum:
" Visu verò certè neque tu meos nôsti, neque ego tuos.
" Aiunt te quidem Pelei eximii prolem esse,
" Matre verò ex Thetide, comas-pulchrâ marinâ nymphâ;
" At ego me filium magnanimo Anchisâ

Ver. 191. —ὑπέκφυγες.] Ita ex uno MS edidit *Barnesius*: *Al.* ἐπέκφυγες.
Ver. 193. Ληϊάδας.] Cod. *Harleian.* Ἀνϊάδας.
Ver. 195. —σ' ἐρύεσθαι.] Cod. *Harleian.* σε ῥύεσθαι. Atque ita in uno MS scriptum repperit *Barnesius*.
Ver. 197. —πληθὺν ἰέναι.] Quâ ratione, πληθὺν hîc ultimam producat; item νηπύτιον, *ver.* 200; & ἀκούοντες, *ver.* 204; & τίκτε, *ver.* 215; & ἐπὶ, *ver.* 229; vide suprà ad ά, 51.
Ver. 198. —ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.] Vide suprà ad ρ', 32. *Al.* ῥεχθὲν δέ τι.
Ver. 200. Πηλεΐδη, μὴ δή μ' ἐπέεσσί γε, νηπύτιον ὥς, Ἔλπεο δειδίξεσθαι.]
Hostis amare, quid increpitas mortemque minaris? *Æn.* X, 900.
Ver. 202. —αἴσυλα.] Τὰς παρὰ τὸ καθῆκον λοιδορίας ἀπειλάς. *Schol.* apud *Barnesium.*
Ver. 204. Πρόκλυτα.] Τὰ ὑπὸ τῶν προτέρων πεφημισμένα, παλαιά. *Schol.*
Ibid. —ἁλοσύδνης.] Ἐναλίας θεοῦ ἐν θαλάσσῃ κατοικούσης. *Schol.* *Al.* ἁλοσύνης.

Εὔχομαι ἐκγεγάμεν, μήτηρ δέ μοι ἐστ' Ἀφροδίτη.
Τῶν δὴ νῦν ἕτεροί γε φίλον παῖδα κλαύσονται
Σήμερον· οὐ γάρ φημ' ἐπέεσί γε νηπυτίοισιν
Ὧδε διακρινθέντε, μάχης ἐξαπονέεσθαι.
Εἰ δ' ἐθέλεις καὶ ταῦτα δαήμεναι, ὄφρ' εὖ εἰδῇς
Ἡμετέρην γενεήν, (πολλοὶ δέ μιν ἄνδρες ἴσασι·)
Δάρδανον αὖ πρῶτον τέκετο νεφεληγερέτα Ζεύς·
Κτίσσε δὲ Δαρδανίην, ἐπεὶ οὔπω Ἴλιος ἱρὴ
Ἐν πεδίῳ πεπόλιστο, πόλις μερόπων ἀνθρώπων,
Ἀλλ' ἔθ' ὑπωρείας ᾤκεον πολυπιδάκου Ἴδης.
Δάρδανος αὖ τέκεθ' υἱὸν Ἐριχθόνιον βασιλῆα,
Ὃς δὴ ἀφνειότατος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων·
Τοῦ τρισχίλιαι ἵπποι ἕλος κάτα βουκολέοντο
Θήλειαι, πώλοισιν ἀγαλλόμεναι ἀταλῇσι·

" Profiteor prægnatum esse, mater autem mihi est Venus,
" Horum jam nunc alterutri saltem charum filium plorabunt
" Hodiè: non enim puto verbis omninò puerilibus
" Sic diremptos, à pugnâ redituros esse.
" Quòd si vis & hæc doceri, ut benè scias
" Nostrum genus, (multi autem ipsum homines nôrunt;)
" Dardanum quidem primùm genuit nubes-cogens Jupiter:
" Condidit autem *is* Dardaniam, quippè nondum Ilios sacra
" In campo ædificata erat, urbs articulatè-loquentium hominum;
" Sed adhuc radices habitabant irriguæ-fontibus Idæ.
" Dardanus verò genuit filium Erichthonium regem,
" Qui tum opulentissimus erat mortalium hominum:
" Hujus ter mille equæ per palustria pascebantur
" Fœminæ, pullis exultantes teneris:

Ver. 210. —ἕτεροί γε.] Eandem hîc vim habet particula γε, ac vox Latina *saltem*.

Ver. 212. —διακρινθέντε.] *Al.* διακριθέντε. Malè. Vide suprà ad *ver.* 141.

Ibid. —ἐξαπονέεσθαι.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 215 —νεφεληγερέτα Ζεύς.] Vide suprà ad ά, 175.

Ver. 216. —Δαρδανίην.] Πόλις Τρῳάς. *Schol.*

Ibid. —ἐπεὶ οὔπω Ἴλιος ἱρή.]

———nondum Ilium & arces
Pergameæ steterant; habitabant vallibus imis. *Æn.* III, 109.

Ver. 218. Ἀλλ' ἔθ' ὑπωρείας ᾤκεον.] Λέγει γὰρ δὴ ταῦτα τὰ ἔπη ——— κατὰ θεόν πως εἰρημένα καὶ κατὰ φύσιν. Θεῖον γὰρ οὖν δὴ καὶ τὸ ποιητικὸν ἐνθεαστικὸν ὂν γένος, ὑμνῳδοῦν, πολλῶν τῶν κατ' ἀλήθειαν γιγνομένων ξύν τισι Χάρισι καὶ Μούσαις ἐφάπτεται ἑκάστοτε. *Plato de legibus, lib.* 3.

Ibid. —ὑπωρείας.] Τὰ κάτω μέρη τῶν ὀρῶν. *Schol.*

Ibid. —ᾤκεον.] Pronuntiabatur, notante *Barnesio*, ᾤκων vel ᾤκευν· quomodo & scribi posteà cœptum est.

Ibid. —πολυπιδάκου.] *Al.* πολυπίδακος. Atque ita legit Codex *Harleianus*.

Ver. 220. Ὃς δὴ ἀφνειότατος γένετο.] Pronuntiabatur, ut opinor, Ὃς δὴ 'φνειότατος· Vide suprà ad *ver.* 188; & ad λ', 138. Γίνεται δὲ παῖς αὐτῷ [Δαρδάνῳ] Ἐριχθόνιος, ὃς ἁπάντων ἀνθρώπων εὐδαιμονέστατος λέγεται γενέσθαι, τήν τε πατρῴαν καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ μητροπάτορος γενομένην κληρονομήσας ἀρχήν. *Dionys. Halicarn. Antiq. Rom. Lib.* I.

Ver. 221. —τρισχίλιαι.] Apud *Maximum Tyrium*, τρισχίλιοι. Quæ & fortè melior lectio, ne scilicèt vox, "θήλειαι," in sequenti versu, supervacanea videatur: Uti notavit *Barnesius*.

Ver. 222. —πώλοισιν.] Cod. *Harleian.* πώλοισι.

Ibid. —ἀταλῇσι.] *Al.* ἀταλαῖσι, & ἀταλοῖσι.

Τάων καὶ Βορέης ἠράσατο βοσκομενάων,
Ἵππῳ δ' εἰσάμενος παρελέξατο κυανοχαίτῃ·
Αἱ δ' ὑποκυσάμεναι ἔτεκον δυοκαίδεκα πώλους·
Αἱ δ' ὅτε μὲν σκιρτῷεν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν,
Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλων·
Ἀλλ' ὅτε δὴ σκιρτῷεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης,
Ἄκρον ἐπὶ ῥηγμῖνος ἁλὸς πολιοῖο θέεσκον.
Τρῶα δ' Ἐριχθόνιος τέκετο Τρώεσσιν ἄνακτα·
Τρωὸς δ' αὖ τρεῖς παῖδες ἀμύμονες ἐξεγένοντο,
Ἶλός τ', Ἀσσάρακός τε, καὶ ἀντίθεος Γανυμήδης,
Ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων·
Τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διῒ οἰνοχοεύειν,

" Harum *aliquas* & ipse Boreas adamavit pascentium,
" Equóque se-cùm-assimulâsset concubuit cyaneis-jubis-ornato:
" Illæ verò gravidæ factæ pepererunt duodecim equulas:
" Istæ autem quandocunque saltu-lascivirent super almâ terrâ,
" Summum super spicarum fructum currebant, neque frangebant:
" At quum saltu-lascivirent super latis dorsis maris,
" In superficie super collisos-fluctus salis cani currebant.
" Troëm autem Erichthonius genuit Trojanis regem:
" Ex Troë verò tres filii eximii geniti sunt,
" Ilúsque, Assaracúsque, & *formâ*-deo-par Ganymedes,
" Qui sanè pulcherrimus erat mortalium hominum;
" Quem & rapuerunt-in-cœlum dii, Jovi ut-pocillator-esset,

Ver. 223. Τάων καὶ Βορέης ἠράσατο βοσκομενάων.] Post hunc versum, alium addit Codex *Harleianus*;

> Ἐν μαλακῷ λειμῶνι, καὶ ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι.

Ver. 224. —εἰσάμενος.] Vide suprà ad ν', 45.

Ibid. —παρελέξατο κυανοχαίτῃ.] *Al.* ἐμίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ.

Ibid.—παρελέξατο.] Vide suprà ad β', 515.

Ver. 225. —ὑποκυσάμεναι.] *Al.* ὑποκυσάμεναι.

Ver. 226. Αἱ δ' ὅτε μὲν σκιρτῷεν.]

> Illa vel intactæ segetis per summa volaret
> Gramina; nec teneras cursu læsisset aristas:
> Vel mare per medium, fluctu suspensa tumenti,
> Ferret iter; celeres nec tingeret æquore plantas. *Æn.* VII, 808.

Ubi notandum istud "*læsisset*" non pro "*læderet*" positum esse. Perinde enim est, sive illam tum, quum gramina *pervolaret*, quas *percurreret* aristas *non lædere* dicas; sive, quas *percurrisset* intereà, *non læsisse*. Vide suprà ad α', 37.

Ibid. —ἄρουραν.] Vide suprà ad ζ', 142.

Ver. 227. Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν.] Νῦν τὸν ἐν τοῖς στάχυσι λεπτὸν ἀθέρων. *Schol.*

Ver. 229. —θέεσκον.] *Currere solebant.* Vide suprà ad *ver.* 28; & ad ν', 84.

Ver. 232. Ἶλός τ', Ἀσσάρακός τε.]

> Ilusque, Assaracusque— *Æn.* VI, 650.

Ibid. —καὶ ἀντίθεος Γανυμήδης, Ὃς δὴ κάλλιστος.] Καὶ ἐγὼ δέ φημι καὶ Γανυμήδην οὐ σώματος ἀλλὰ ψυχῆς ἕνεκα ὑπὸ Διὸς εἰς Ὄλυμπον ἀνενεχθῆναι. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ τοὔνομα αὐτοῦ. Ἔστι μὲν γὰρ δήπου καὶ Ὁμήρῳ, "—γάνυται δέ τ' ἀκούων." Τοῦτο δὲ φράζει, ὅτι ἥδεται δέ τ' ἀκούων. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλοθί που, "—πυκινὰ φρεσὶ μήδεα εἰδώς." Τοῦτο δ' αὖ λέγει, σοφὰ φρεσὶ βουλεύματα εἰδώς. Ἐξ οὖν συναμφοτέρων τούτων οὐχ ἡδυσώματος ὀνομασθεὶς ὁ Γανυμήδης, ἀλλ' ἡδυγνώμων, ἐν θεοῖς τετίμηται. *Xenophon.* Συμπόσιον, *sub finem.*

Ver. 234. Τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ.]

> —& rapti Ganymedis honores. *Æn.* I, 32.
>
> —quem præpes ab Idâ
> Sublimem pedibus rapuit Jovis armiger uncis. *Æn.* V, 254.

Cæterùm vituperat hunc locum *Cicero*; " Nec Homerum audio, qui Ganymedem à diis raptum ait propter formam, " ut Jovi bibere ministraret. —— Finge-" bat

Κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.
Ἶλος δ' αὖ τέκεθ' υἱὸν ἀμύμονα Λαομέδοντα·
Λαομέδων δ' ἄρα Τιθωνὸν τέκετο, Πρίαμόν τε,
Λάμπρον τε, Κλυτίον θ', Ἱκετάονά τ', ὄζον Ἄρηος·
Ἀσσάρακος δὲ Κάπυν· ὁ δ' ἄρ' Ἀγχίσην τέκε παῖδα·
Αὐτὰρ ἔμ' Ἀγχίσης, Πρίαμος δ' ἔτεχ' Ἕκτορα δῖον.
Ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι.
Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε, μινύθει τε,
Ὅππως κεν ἐθέλῃσιν· ὁ γὰρ κάρτιστος ἁπάντων.
Ἀλλ' ἄγε μηκέτι ταῦτα λεγώμεθα, νηπύτιοι ὥς,
Ἑσταότ' ἐν μέσσῃ ὑσμίνῃ δηϊοτῆτος.
Ἔστι γὰρ ἀμφοτέροισιν ὀνείδεα μυθήσασθαι
Πολλὰ μάλ'· οὐδ' ἂν νηῦς ἑκατόζυγος ἄχθος ἄροιτο.
Στρεπτὴ δὲ γλῶσσ' ἐστὶ βροτῶν, πολέες δ' ἔνι μῦθοι,
Παντοῖοι· ἐπέων δὲ πολὺς νομὸς ἔνθα καὶ ἔνθα.

" Pulchritudinem ob ipsius, ut immortalibus interesset.
" At Ilus genuit filium eximium Laomedonta:
" Laomedon autem Tithonum genuit, Priamúmque,
" Lampúmque, Clytiúmque, Hicetaonémque, ramum Martis:
" Assaracus verò Capyn: is autem Anchisem genuit filium;
" Et me Anchises: Priamus verò genuit Hectora nobilem.
" Ex hoc quidem generéque & sanguine profiteor esse me.
" At Jupiter virtutem viris augétque minuitque,
" Prout voluerit; ille enim potentissimus omnium.
" Sed age nè ampliùs hæc disseramus, pueruli tanquam,
" Stantes in mediâ acie prælii.
" Licet enim ambobus opprobria proloqui
" Multa admodùm: nè navis quidem centiremis onus ferret.
" Volubilis enim lingua est hominum, multique insunt sermones,
" Omnigeni; verborum autem latus campus hinc atque indè.

" bat hæc Homerus, & humana ad deos " transferebat; divina mallem ad nos." *Tusc. Disputat. Lib.* I, § 26.

Ver. 235, 292, 314, & 334. —ἀθανάτοισι.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 237. —ἄρα.] *Deinceps*——.

Ver. 242. Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε, μινύθει τε.] Similitèr ferè *Hesiodus*;

> Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει——
> Ζεὺς ὑψιβρεμέτης ——.
> Ἔργ. καὶ Ἡμερ. *Lib.* I, *ver.* 6, 8.

Ibid. —τε, μινύθει.] Quâ ratione, τε, hic producatur; item ξιν, *ver.* 243; & ἔπεια, *ver.* 255; & ἀπὸ, *ver.* 261, & 278; vide suprà ad ά, 51.

Ver. 247.— ἑκατόνζυγος.] Ὑπὸ ἑκατὸν ἐρετῶν ἐλαυνομένη· ζυγὰ γὰρ αἱ τῶν ἐρεσσόντων καθέδραι. *Schol.*

Ver. 248. Στρεπτὴ δὲ γλῶσσ' ἐστὶ βροτῶν, πολέες δ' ἔνι μῦθοι.] Κινδυνεύει γὰρ ἂν τὸ ἀνθρώπινον γένος ἁπάντων ἐνδεὲς γενέσθαι μᾶλλον ἢ φωνῆς καὶ λέξεως· τοῦτο δὲ μόνον κέκτηται θαυμαστόν τινα πλοῦτον. *Dio, Orat.* XII. Cæterùm *Clemens Alexandrinus, Strom. Lib.* I, citat; Στρεπτὴ γὰρ καὶ γλῶσσα βροτῶν.

Ver. 249. Παντοῖοι· ἐπέων δὲ πολὺς νομός.] Apud *Dionem*, loco jam citato, Παντοῖος δ' ἐπέων πολὺς νομός. Apud *Clementem Alexandrinum*, Παντοῖον ἐπέων δὲ πολὺς νομός.

Ibid. —ἐπέων δὲ πολὺς νομός.] Sic apud *Hesiodum*;

> Ἀχρεῖος δ' ἔσται ἐπέων νομός·——
> Ἔργ. καὶ Ἡμερ. II, 21.

Quæ ad loca *Menagius*; " Legendum autem," inquit, " utrobique νομὸς, accentu " in ultimâ, id est νέμησις, *partitio, distri*" *butio in utramque partem*: νόμος, accen" tu in penultimâ, quæ vox *legem* signifi" cat, apud Homerum non reperitur; quod " præter

Ὁπποῖόν κ' εἴπῃσθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις.
Ἀλλὰ τίη ἔριδας καὶ νείκεα νῶϊν ἀνάγκη
Νεικεῖν ἀλλήλοισιν ἐναντίον, ὥστε γυναῖκας,
Αἵτε χολωσάμεναι ἔριδος πέρι θυμοβόροιο
Νεικεῦσ' ἀλλήλῃσι μέσην ἐς ἄγυιαν ἰοῦσαι,
Πόλλ' ἐτεά τε καὶ οὐκί· χόλος δέ τε καὶ τὰ κελεύει.
Ἀλκῆς δ' οὔ μ' ἐπέεσσιν ἀποτρέψεις μεμαῶτα,
Πρὶν χαλκῷ μαχέσασθαι ἐναντίον· ἀλλ' ἄγε, θᾶσσον
Γευσόμεθ' ἀλλήλων χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν.
Ἦ ῥα, καὶ ἐν δεινῷ σάκει ἤλασε χάλκεον ἔγχος,
Σμερδαλέῳ, μέγα δ' ἀμφὶ σάκος μύκε δουρὸς ἀκωκῇ.
Πηλείδης δὲ σάκος μὲν ἀπὸ ἕο χειρὶ παχείῃ
Ἔσχετο ταρβήσας· φάτο γὰρ δολιχόσκιον ἔγχος
Ῥεῖα δ' ἐλεύσεσθαι μεγαλήτορος Αἰνείαο·
Νήπιος, οὐδ' ἐνόησε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν,
Ὡς οὐ ῥηΐδι' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα
Ἀνδράσι γε θνητοῖσι δαμήμεναι, οὐδ' ὑποείκειν.

" Qualecunque dixeris verbum, tale & audieris.
" Sed quid jurgiis & rixis nobis opus est
" Altercari inter nos, tanquam mulieres,
" Quae iratae per contentionem animum-rodentem
" Probra-jactant altera-in-alteram mediam in viam prodeuntes,
" Multa veráque & non: ira nempè & ista jubet.
" A virtute verò non me verbis avertes animosum,
" Priusquàm aere pugnes contrá: Quin age, ocyùs
" Experiamur alter-alterum aeratis hastis.
Dixit utique, & in terribile scutum intorsit aeream hastam,
Visu-horrendum; ingénsque scutum mugiit hastae cuspide.
Pelides verò scutum quidem à se procul manu robustâ
Tenuit perculsus: credebat enim praelongam hastam
Facilè penetraturam esse magnanimi Æneae:
Imprudens, neque enim cogitabat in mente & in animo,
Quòd non facilè deorum inclyta dona
A viris mortalibus domantur, neque *eis* cedunt.

" praeter Grammaticos, notavit etiam Josephus, lib. 11, contra Appionem." *Annotat. in Laërtium, lib.* IX.

Ver. 252. Νεικεῖν ἀλλήλοισιν ἐναντίον, ὥστε γυναῖκας.] Sic apud *Livium*; " *Sedemus domi desides, mulierum ritu altercantes inter nos.*"

Ver. 254. —μέσην ἐς ἄγυιαν.] *Dio Chrysost. Orat.* XII, legit, ἀγορῆς ἐς μέσον.

Ver. 255. Πόλλ' ἐτεά τε καὶ οὐκί.] *Al.* Πολλά τ' ἐόντα καὶ οὐκί· Notante *Eustathio*.

Ver. 256. —μεμαῶτα.] Vide suprà ad ν', 46.

Ver. 257. —μαχέσασθαι.] Cod. *Harleian.* μαχέεσθαι.

Ver. 258. Γευσόμεθ' ἀλλήλων.] Ἀντὶ τοῦ ἀψώμεθα· ὅ ἐστιν ἀπόπειραν λαβώμεθα τῆς ἀλλήλων δυνάμεως. *Schol.*

Ver. 259. —ἤλασε χάλκεον ἔγχος.] Cod. *Harleian.* ἤλασεν ὄβριμον ἔγχος. Atque ita in Commentario legit *Eustathius*. *Al.* ὄβριμον ἔγχος.

Ver. 260. Σμερδαλέῳ.] *Al.* Σμερδαλέον.

Ibid. —ἀκωκῇ.] Ita ex *Eustathio* edidit *Barnesius*: *Al.* ἀκωκή. Sic ρ', 295;

Ἤριπε δ' ἱπποδάσεια κόρυς περὶ δουρὸς ἀκωκῇ.

Ver. 263. Ῥεῖα δ' ἐλεύσεσθαι.] Vide suprà ad ν', 144.

Ver. 267.

Οὐδὲ τότ' Αἰνείαο δαΐφρονος ὄβριμον ἔγχος
Ῥῆξε σάκος· χρυσὸς γὰρ ἐρύκακε, δῶρα θεοῖο·
Ἀλλὰ δύω μὲν ἔλασσε διὰ πτύχας, αἱ δ' ἄρ' ἔτι τρεῖς
Ἦσαν· ἐπεὶ πέντε πτύχας ἤλασε Κυλλοποδίων,
Τὰς δύο, χαλκείας, δύο δ' ἔνδοθι κασσιτέροιο,
Τὴν δὲ μίαν, χρυσέην· τῇ ῥ' ἔσχετο χάλκεον ἔγχος.
Δεύτερος αὖτ' Ἀχιλεὺς προΐει δολιχόσκιον ἔγχος,
Καὶ βάλεν Αἰνείαο κατ' ἀσπίδα πάντοσε ἴσην,
Ἄντυγ' ὑπὸ πρώτην, ᾗ λεπτότατος θέε χαλκός·
Λεπτοτάτη δ' ἐπέην ῥινὸς βοός· ἡ δὲ διὰ πρὸ
Πηλιὰς ἤϊξεν μελίη, λάκε δ' ἀσπὶς ὑπ' αὐτῆς.
Αἰνείας δ' ἐάλη, καὶ ἀπὸ ἕθεν ἀσπίδ' ἀνέσχε
Δείσας· ἐγχείη δ' ἄρ' ὑπὲρ νώτου ἐνὶ γαίῃ
Ἔστη ἱεμένη, διὰ δ' ἀμφοτέρους ἕλε κύκλους
Ἀσπίδος ἀμφιβρότης· ὁ δ' ἀλευάμενος δόρυ μακρὸν,
Ἔστη, κὰδ δ' ἄχος οἱ χύτο μυρίον ὀφθαλμοῖσι,
Ταρβήσας, ὅ οἱ ἄγχι πάγη βέλος· αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς

Neque tunc Æneæ bellicosi rapida hasta
Perrupit scutum; aurum enim inhibuit, dona Dei:
Sed duas quidem transiit per plicas; tres verò
Supererant: quinque enim plicas superinduxerat Vulcanus,
Duas, æreas, duásque interiores stanni,
Unam verò, auream; quâ demùm detenta est ærea hasta.
Secundus verò Achilles emisit prælongam hastam,
Et percussit Æneæ ad clypeum undique æqualem,
Oram ad summam, ubi tenuissimum currebat æs;
Tenuissimum etiam inductum erat corium bovis: penitùs autem
Pelias prorupit fraxinus; crepuit verò clypeus ex ejus *ictu*.
Æneas autem corpore-contracto-subsedit, & à se procul scutum sustulit
Territus: hasta autem supra dorsum in terra
Stetit *ulteriùs*-pergendi-cupida; utrosque autem disruperat orbes
Clypei ingentis: Is verò evitatâ hastâ longâ,
Constitit (trepidatio autem cum dolore ei offusa-est immensa oculis,)
Perculsus, quòd prope se fixum-erat telum: verùm Achilles

Ver. 267, 268. Οὐδὲ—— Ῥῆξε σάκος· χρυσὸς γὰρ ἐρύκακε δῶρα θεοῖο.] Ita *Hesiodus*;

——σάκος ἔμβαλε χάλκεον ἔγχος·
Οὐδ' ἔρρηξεν χαλκόν, ἔρυτο δὲ δῶρα θεοῖο. Ἀσπὶς Ἡρακλ. *ver.* 414.

Ver. 272. —χρυσέην.] Edidit *Barnesius*, χρυσείην. Quod eodem modo pronuntiandum: Prima enim necessariò producitur. Vide suprà ad γ', 24, & 523.

Ibid. —τῇ ῥ'.] *Quâ utique*———. *Quâ scilicet*———.

Ibid. —χάλκεον ἔγχος.] *Al.* μείλινον ἔγχος.

Ver. 273, 276. —προΐει δολιχόσκιον ἔγχος, ——ἡ δὲ διὰ πρὸ.]

——hastam jacit: illa per orbem
Ære cavum triplici, per linea terga, tribusque
Transiit intextum tauris opus——.
Æn. X, 783.

Ver. 275. Ἄντυγ' ὑπὸ πρώτην.] Κατὰ τὸν ἔξωθεν κύκλον τῆς ἀσπίδος. *Schol.*

Ver. 279. —ἄρ'.] *Ut par erat*———. *Ut fieri oportebat*———.

Ver. 280. —ἱεμένη.] Vide suprà ad ε', 317.

Ver. 283. —πάγη.] Vide suprà ad δ', 185.

Ver. 285.

Ἐμμεμαὼς ἐπόρουσεν, ἐρυσσάμενος ξίφος ὀξὺ,
Σμερδαλέα ἰάχων· ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ
Αἰνείας, μέγα ἔργον, ὃ οὐ δύο γ' ἄνδρε φέροιεν,
Οἷοι νῦν βροτοί εἰσ'· ὁ δέ μιν ῥέα πάλλε καὶ οἶος.
Ἔνθα κεν Αἰνείας μὲν ἐπεσσύμενον βάλε πέτρῳ,
Ἢ κόρυθ', ἠὲ σάκος, τό οἱ ἤρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον·
Τὸν δέ κε Πηλείδης σχεδὸν ἄορι θυμὸν ἀπηύρα,
Εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε Ποσειδάων ἐνοσίχθων·
Αὐτίκα δ' ἀθανάτοισι θεοῖς μετὰ μῦθον ἔειπεν·
Ὢ πόποι, ἦ μοι ἄχος μεγαλήτορος Αἰνείαο,
Ὃς τάχα Πηλείωνι δαμεὶς Ἀΐδόσδε κάτεισι,
Πειθόμενος μύθοισιν Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο,
Νήπιος· οὐδέ τί οἱ χραισμήσει λυγρὸν ὄλεθρον.
Ἀλλὰ τί ἢ νῦν οὗτος ἀναίτιος ἄλγεα πάσχει,
Μὰψ ἕνεκ' ἀλλοτρίων ἀχέων, κεχαρισμένα δ' αἰεὶ
Δῶρα θεοῖσι δίδωσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν;
Ἀλλ' ἄγεθ', ἡμεῖς πέρ μιν ὑπὲκ θανάτου ἀγάγωμεν,
Μήπως καὶ Κρονίδης κεχολώσεται, αἴκεν Ἀχιλλεὺς
Τόνδε κατακτείνῃ· μόριμον δέ οἱ ἐστ' ἀλέασθαι,
Ὄφρα μὴ ἄσπερμος γενεὴ καὶ ἄφαντος ὄληται

Animo-paratissimo irruit, stricto ense acuto,
Terribilem edens-clamorem: At saxum sumpsit manu
Æneas, vastum pondus, quod nè duo quidem viri ferrent,
Quales nunc homines sunt: is verò ipsum facilè agitabat & solus.
Tum certè Æneas quidem irruentem percussisset saxo,
Vel galeam, vel scutum, quod ab eo defendisset tristem mortem:
Illum verò Pelides cominùs ense animâ privâsset;
Nisi celeritèr animadvertisset Neptunus quassator-terræ:
Statim autem inter immortales deos verbum dixit;
" O dii, certè mihi dolor de magnanimo Æneâ,
" Qui citò à Pelide domitus ad orcum descendet,
" Persuasus verbis Apollinis longè-jaculantis,
" Demens: neque enim *is* ab eo omninò propulsabit triste exitium.
" Sed cur nunc hic insons mala patitur,
" Immeritò ob debitos-aliis dolores; grata autem semper
" Munera diis exhibet, qui cœlum latum habitant?
" Sed agite, nos ipsi eum è morte subducamus,
" Nè fortè & Saturnius irascatur, si Achilles
" Hunc interimat: Fatale verò ei est effugere,
" Ut nè sine-prole genus & prorsùs-extinctum pereat

Ver. 285. Σμερδαλέα ἰάχων.] Vide suprà ad γ, 456. *Al.* Σμερδαλέως ἰάχων.

Ver. 286, —ὃ οὐ δύο γ' ἄνδρε φέροιεν.] Vide suprà ad ε, 303. *Al.* δύω ἄνδρε.

Ver. 295. —Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο.] Quâ ratione, Ἀπόλλωνος, hîc ultimam producat; item ζ, *ver.* 322; vide suprà ad α, 51.

Ver. 296. Νήπιος.]
Demens! qui——, *Æn.* VI, 590.

Ver. 301. Μήπως καὶ Κρονίδης.] Cod. *Harleian.* Μήπως κε Κρονίδης.

Ibid. —αἴκεν Ἀχιλλεύς.] *Al.* εἴπερ Ἀχιλλεύς.

Ver. 302. —κατακτείνῃ.] *Al.* κατακτείνει.

Ibid. —μόριμον.] Cod. *Harleian.* μόρσιμον. Atque ita in tribus MSS scriptum repperit *Barnesius.* Quod versum perimit.

Ver. 303. Ὄφρα μὴ ἄσπερμος γενεὴ καὶ ἄφαντος.

Δαρδάνου, ὃν Κρονίδης περὶ πάντων φίλατο παίδων,
Οἳ ἕθεν ἐξεγένοντο, γυναικῶν τε θνητάων.
Ἤδη γὰρ Πριάμου γενεὴν ἤχθηρε Κρονίων·
Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει,
Καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα βοῶπις πότνια Ἥρη·
Ἐννοσίγαι', αὐτὸς σὺ μετὰ φρεσὶ σῇσι νόησον
Αἰνείαν, ἤ κέν μιν ἐρύσσεαι, ἤ κεν ἐάσεις
Πηλείδῃ Ἀχιλῆϊ δαμήμεναι, ἐσθλὸν ἐόντα.
Ἤτοι μὲν γὰρ νῶϊ πολέας ὠμόσσαμεν ὅρκους
Πᾶσι μετ' ἀθανάτοισιν, ἐγὼ καὶ Παλλὰς Ἀθήνη,
Μήποτ' ἐπὶ Τρώεσσιν ἀλεξήσειν κακὸν ἦμαρ,
Μηδ' ὁπόταν Τροίη μαλερῷ πυρὶ πᾶσα δάηται

" Dardani, quem Saturnius præ omnibus dilexit liberis,
" Qui ex se nati sunt, mulieribúsque mortalibus.
" Dudùm enim Priami genus odit Saturnius.
" Nunc verò utique Æneæ vis Trojanis imperabit,
" Et filii filiorum, qui in-posterum nati fuerint.
Huic autem respondit deindè bubulis-oculis-decora veneranda Juno;
" Terræ-quassator, ipse tu mente tuâ consule
" De Æneâ, an eum è periculo extrahas, an relinquas
" A Pelide Achille domandum, optimus licèt-sit.
" Nam sanè nos multa juravimus juramenta
" Omnes inter deos, ego & Pallas Minerva,
" Nunquàm à Trojanis *nos* depulsuras-ope-allatâ malum diem,
" Nè quidem cùm Troja exitiali igne tota cremabitur

ἄφαντοι ὄλωνται.] Apud *Maxim. Tyrium, Dissert.* X; Ὥσπερ μὴ ἄσπερμον γένος μετόπισθεν ὄληται.

Ver. 304. —φίλατο.] Quâ analogiâ dicitur μαρτύρομαι, ἐμαρτυρόμην, ἐμαρτυρέμην, in Futuro autem μαρτυρεῦμαι, indéque μαρτυρέομαι, quod per omnes Modos ac Tempora ῠ semper corripit; eâdem analogiâ ex φίλομαι deducitur ἐφιλόμην, ἐφίλατο, ex quo Futurum deducetur φιλεῦμαι; indéque φιλέω, quod per omnes Modos & Tempora ῐ semper corripit. Vide suprà ad κ', 280; & ad α', 338.

Ver. 306. —Κρονίων.] Vide suprà ad α', 397.

Ver. 307. Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει.] *Al.* Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο γένος πάντεσσιν ἀνάξει.

Hîc domus Æneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis. *Æn.* III, 97.

Εἰσὶ δ' οἱ τὸν ἐξ Ἀφροδίτης Αἰνείαν λέγουσι καταστήσαντα λόχον εἰς Ἰταλίαν, ἀνακομισθῆναι πάλιν οἴκαδε, καὶ βασιλεῦσαι τῆς Τροίας· τελευτῶντα δὲ καταλιπεῖν Ἀσκανίῳ τῷ υἱῷ τὴν βασιλείαν, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου γένος ἐπικρατῆσαι κατασχεῖν τὴν ἀρχήν· ὡς μὲν ἐγὼ εἰκάζω, τοῖς Ὁμήρου ἔπεσιν οὐκ ὀρθῶς λαμβανομένοις παρακρουσθέντες. Πεποίηται γὰρ αὐτῷ ἐν Ἰλιάδι Ποσειδῶν προλέγων τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι περὶ τὸν Αἰνείαν καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνου γενησομένους ἐπιφάνειαν ὧδέ πως· " Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν " ἀνάξει, Καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετό-" πισθε γένωνται." Ὑπολαβόντες οὖν τὸν Ὅμηρον ἐν Φρυγίᾳ δυναστεύοντας εἰδέναι τοὺς ἄνδρας, ὡς δὴ οὐ δυνατὸν ἐν Ἰταλίᾳ οἰκοῦντας βασιλεύειν Τρώων, τὴν ἀνακομιδὴν τὴν Αἰνείου ἀνέπλασαν. Ἄρχειν δὲ δὴ τῶν Τρώων ὡς ἐπεῖχε, καὶ ἄλλοθι πολιτευομένων, οὐ δυνατὸν ἦν; *Dionys. Halicarn. Antiq. Rom. Lib.* I. Vide & *Strabonem, Geograph. lib.* XIII, *pag.* 905, *al.* 608.

Ibid. —Αἰνείαο βίη.] Vide suprà ad γ', 758.

Ver. 308. Καὶ παῖδες παίδων.] *Al.* Καὶ παίδων παῖδες.

Ibid. —μετόπισθε γένωνται.] *Al.* μετόπισθεν ἔσονται.

Ver. 309. —βοῶπις.] Vide suprà ad α', 551.

Ver. 311. —ἤ κεν μιν.] Cod. *Harleian.* εἴ κέν μιν.

Ibid. —ἐάσεις.] Vide suprà ad δ', 42.

Ver. 320.

Δαιομένη, δαίωσι δ' ἀρήϊοι υἷες Ἀχαιῶν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τόγ' ἄκουσε Ποσειδάων ἐνοσίχθων,
Βῆ ῥ' ἴμεν ἄν τε μάχην καὶ ἀνὰ κλόνον ἐγχειάων·
Ἶξε δ', ὅθ' Αἰνείας, ἠδ' ὁ κλυτὸς ἦεν Ἀχιλλεύς.
Αὐτίκα τῷ μὲν ἔπειτα κατ' ὀφθαλμῶν χέεν ἀχλὺν,
Πηλείδῃ Ἀχιλῆϊ· ὁ δὲ μελίην εὔχαλκον
Ἀσπίδος ἐξέρυσεν μεγαλήτορος Αἰνείαο·
Καὶ τὴν μὲν προπάροιθε ποδῶν Ἀχιλῆος ἔθηκεν,
Αἰνείαν δ' ἐπέσσευεν ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀείρας·
Πολλὰς δὲ στίχας ἡρώων, πολλὰς δὲ καὶ ἵππων
Αἰνείας ὑπεράλτο, θεοῦ ἀπὸ χειρὸς ὀρούσας·
Ἶξε δ' ἐπ' ἐσχατιὴν πολυάϊκος πολέμοιο·
Ἔνθα δὲ Καύκωνες πόλεμον μεταθωρήσσοντο.
Τῷ δὲ μάλ' ἐγγύθεν ἦλθε Ποσειδάων ἐνοσίχθων,
Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Αἰνεία, τίς σ' ὧδε θεῶν ἀτέοντα κελεύει
Ἀντί' Ἀχιλλῆος πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι,
Ὅς σεῦ ἅμα κρείσσων, καὶ φίλτερος ἀθανάτοισιν;

" Incensa, incenderint autem Mavortii filii Achivorum.
Ut verò hoc audivit Neptunus quassator-terræ,
Perrexit ire pérque pugnam & per stridorem hastarum;
Pervenitque, ubi Æneas, atque inclytus erat Achilles.
Confestim huic quidem deindè ob oculos fudit caliginem,
Pelidæ nempè Achilli: ipséque hastam ære-solido-præfixam
Clypeo extraxit magnanimi Æneæ;
Et eam quidem ante pedes Achillis posuit;
Æneam verò vi-impulsum-egit à terrâ in-altum sublatum:
Multos autem ordines heroüm, multos & equorum
Æneas superârat, saltu dei à manu impetu-sumpto:
Pervenit verò ad extremam-partem impetuosi prælii:
Ibi autem Caucones ad pugnam armabantur.
Eum verò admodùm propè accessit Neptunus quassator-terræ,
Et ipsum editâ-voce verbis alatis allocutus est;
" Ænea, quis te sic deorum præcordia-læsum instigat
" Contra Achillem præliari & pugnare,
" Qui te simul fortior, & charior immortalibus?

Ver. 320. Ἶξε δ', ὅθ' Αἰνείας.]
——Pelidæ tunc ego forti
Congressum Æneam, nec Diis, nec viribus æquis,
Nube cavâ eripui—— *Æn.* V, 808.
Tu potes Æneam manibus subducere Graiûm,
Proque viro nebulam & ventos obtendere inanes. *Æn.* X, 81.

Ver. 325. Αἰνείαν δ' ἐπέσσευεν.] *Al.* Αἰνείαν δ' ἔσσευεν. Quo modo legit & Codex *Harleianus.*

Ver. 329. —Καύκωνες.] Οἱ μὲν, Τρωϊκὸν ἔθνος βάρβαρον· ἄλλοι δὲ Παφλαγονίας· οἱ δὲ τοὺς ἐπίκλην Καυκωνίους· ἢ δὲ Καύκων πόλις παράλιος Λυκίας καὶ Καρίας. *Schol.*

Ver. 332. —ἀτέοντα.] *Al.* χαλέοντα. *Al.* ἀέκοντα. *Al.* ἀέκητι.

Ver. 333. Ἀντί' Ἀχιλλῆος πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι.] Cod. *Harleian.* Ἀντία Πηλείωνος, ὑπερθύμοιο μάχεσθαι. Ut suprà *ver.* 88.

Ibid. —πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι.] Vide suprà ad υ, 232, & 279.

Ἀλλ' ἀναχωρῆσαι, ὅτε κεν συμβλήσεαι αὐτῷ,
Μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄϊδος εἰσαφίκηαι.
Αὐτὰρ ἐπεί κ' Ἀχιλλεὺς θάνατον καὶ πότμον ἐπίσπῃ,
Θαρσήσας δὴ 'πειτα μετὰ πρώτοισι μάχεσθαι·
Οὐ μὲν γάρ τίς σ' ἄλλος Ἀχαιῶν ἐξεναρίξει.
Ὣς εἰπὼν, λίπεν αὐτόθ', ἐπεὶ διεπέφραδε πάντα.
Αἶψα δ' ἔπειτ' Ἀχιλῆος ἀπ' ὀφθαλμῶν σκέδασ' ἀχλὺν
Θεσπεσίην· ὁ δ' ἔπειτα μέγ' ἔξιδεν ὀφθαλμοῖσιν·
Ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν·
Ὢ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι·
Ἔγχος μὲν τόδε κεῖται ἐπὶ χθονὸς, οὐδέ τι φῶτα
Λεύσσω, τῷ ἐφέηκα, κατακτάμεναι μενεαίνων.
Ἦ ῥα καὶ Αἰνείας φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσιν
Ἦεν· ἀτάρ μιν ἔφην μὰψ αὔτως εὐχετάασθαι.
Ἐῤῥέτω· οὔ οἱ θυμὸς ἐμεῦ ἔτι πειρηθῆναι
Ἔσσεται, ὃς καὶ νῦν φύγεν ἄσμενος ἐκ θανάτοιο.
Ἀλλ' ἄγε δὴ, Δαναοῖσι φιλοπτολέμοισι κελεύσας,
Τῶν ἄλλων Τρώων πειρήσομαι ἀντίος ἐλθών.

" Sed recede, quandocunque obvius-fueris-factus illi,
" Nè & præter fatum domum orci pervenias.
" At postquàm Achilles mortem & fatum assecutus fuerit,
" Audactèr deinceps inter primos pugna:
" Non enim aliquis te alius Achivorum interficiet.
Sic fatus, reliquit illic, postquàm præceperat omnia.
Tunc confestim Achillis ab oculis dispersit caliginem
Densam: Is verò continuò clarè vidit oculis:
Ingemiscens autem dixit ad suum magnum animum;
" Papæ, certè magnum miraculum hoc oculis video:
" Hasta quidem hæc jacet in terrâ, neque omninò virum
" Video, in quem immisi, interficere cupiens.
" Certè & Æneas igitur charus immortalibus diis
" Erat: sed ipsum putabam frustrà sic gloriari.
" Valeat: non ei animus me ampliùs experiri
" Erit, qui & nunc fugit lubens ex morte.
" Sed agedum, Danaos bellicosos adhortatus,
" Alios Trojanos experiar obvius profectus.

Ver. 336. Μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄϊδος εἰσαφίκηαι.] Quicquid *inopinatum*, præter expectationem; quicquid *violentum*, præter naturam; quicquid *ex stultitiâ natum*, præter rationem; ea omnia ὑπὲρ μοῖραν γενέσθαι dicuntur. Vide suprà ad β', 155. " Nihil " autem dubium est, quin violentam & ino-" pinatam mortem significaverit: quæ qui-" dem potest rectè videri accidere præter na-" turam." *Gell. lib.* XIII, *cap.* 1.

Ver. 338. Θαρσήσας.] Cod. *Harleian.* Θαῤῥήσας.

Ibid. —δὴ 'πειτα.] Ita edidit *Barnesius. Al.* δ' ἔπειτα.

Ibid. —μετὰ πρώτοισι.] *Al.* μετὰ Τρώεσσι.

Ver. 340. —διεπέφραδε.] Vide suprà ad β', 314; & ad ξ', 500.

Ver. 341. —σκέδασ'.] Vide suprà ad α', 140.

Ver. 345. —ἐπὶ χθονὸς.] *Al.* ἐπὶ χθονί.

Ver. 347, & 367. —ἀθανάτοισι.] Vide suprà ad α', 398.

Ver. 350. —ὃς καὶ.] Cod. *Harleian.* ὡς καί.

Ver. 351. —ἄγε δὴ.] *Age quæso.* Vide suprà ad β', 158.

Ἦ, καὶ ἐπὶ στίχας ἆλτο· κέλευε δὲ φωτὶ ἑκάστῳ·
Μηκέτι νῦν Τρώων ἑκὰς ἕσταθε, δῖοι Ἀχαιοί,
Ἀλλ' ἄγ', ἀνὴρ ἄντ' ἀνδρὸς ἴτω, μεμάτω δὲ μάχεσθαι.
Ἀργαλέον δέ μοι ἐστὶ, καὶ ἰφθίμῳ περ ἐόντι,
Τοσσούσδ' ἀνθρώπους ἐφέπειν, καὶ πᾶσι μάχεσθαι.
Οὐδέ κ' Ἄρης, ὅσπερ θεὸς ἄμβροτος, οὐδέ κ' Ἀθήνη,
Τοσσῆσδ' ὑσμίνης ἐφέποι στόμα, καὶ πονέοιτο.
Ἀλλ' ὅσσον μὲν ἐγὼ δύναμαι χερσίν τε, ποσίν τε,
Καὶ σθένει, οὔ μ' ἔτι φημὶ μεθησέμεν οὐδ' ἠβαιόν·
Ἀλλὰ μάλα στιχὸς εἶμι διαμπερὲς, οὐδέ τιν' οἴω
Τρώων χαιρήσειν, ὅστις σχεδὸν ἔγχεος ἔλθῃ.
Ὣς φάτ' ἐποτρύνων· Τρώεσσι δὲ φαίδιμος Ἕκτωρ
Κέκλεθ' ὁμοκλήσας, φάτο δ' ἴμεναι ἄντ' Ἀχιλῆος·
Τρῶες ὑπέρθυμοι, μὴ δείδιτε Πηλεΐωνα.
Καί κεν ἐγὼν ἐπέεσσι καὶ ἀθανάτοισι μαχοίμην,
Ἔγχει δ' ἀργαλέον, ἐπειὴ πολὺ φέρτεροί εἰσιν.
Οὐδ' Ἀχιλεὺς πάντεσσι τέλος μύθοις ἐπιθήσει,
Ἀλλὰ τὸ μὲν τελέει, τὸ δὲ καὶ μεσσηγὺ κολούει.

Dixit, & in ordines saliit: adhortabatúrque virum quemque;
" Nè ampliùs nunc à Trojanis procul state, nobiles Achivi,
" Sed age, vir contra virum eat, animóque-præsenti capessat-pugnam.
" Difficile autem mihi est, etiam fortis licèt sim,
" Tot homines insequi, & cum omnibus pugnare:
" Neque enim vel Mars, qui tamen deus immortalis, neque Minerva,
" Tantæ aciei persequens-obire-possit adversos-ordines, & impigrè-agere.
" Sed quantum quidem ego valeo manibúsque, pedibúsque,
" Et animis, me jam nego contentionem-remissurum nè minimùm quidem:
" Sed omninò per ordines ibo penitùs, neque quenquam puto
" Troüm gavisurum esse, qui prope hastam venerit.
Sic dixit incitans: Trojanos verò illustris Hector
Hortabatur increpitans, affirmabátque *se* iturum contra Achillem;
" Trojani magnanimi, nè timete Pelidem.
" Et sanè ego verbis vel cum immortalibus pugnare-possem,
" Hastâ verò arduum, longè enim potentiores sunt.
" Neque Achilles omnibus finem sermonibus imponet,
" Sed aliud quidem perficiet, aliud verò in-medio-conatu imperfectum-relinquet.

Ver. 357—359. Τοσσούσδ'——Τοσσῆσδ'.] *Barnesius* hîc παρέλκειν τὸ "δὲ" contendit; quod, ut opinor, haud patitur linguæ Græcæ ratio. Ego potiùs voces istas "Τοσσούσδ'," "Τοσσῆσδ'," *demonstrativas* esse arbitror; (κατὰ δεῖξιν· *Schol.*) quasi dicas, *Hos tot viros*; vel, *Hanc tantam hominum multitudinem*: & *Hujus tantæ aciei*. Cæterùm Codex *Harleianus* hîc legit Τόσσους——Τόσσης.

Ibid. —ἀνθρώπους.] Cod. *Harleian.* ἀνθρώπων.

Ver. 362. —μάλα στιχὸς.] *Al.* μάλ' ἀν στίχας.

Ibid. —οὐδέ τιν' οἴω Τρώων χαιρήσειν.] De venustate istius, χαιρήσειν, vide suprà ad ό, 11; ad ν', 344; & ad ά, 333.

Ver. 363. —ἔλθῃ.] *Al.* ἔλθοι.

Ver. 368. —ἀργαλέον, ἐπειὴ.] Quâ ratione, ἀργαλέον, hîc ultimam producat; item ὕπο, *ver.* 385; & ἑλκόμενος, *ver.* 404; vide suprà ad ά, 51.

Ver. 370. —κολούει.] Ἀκέφαλον καὶ ἀτελῆ ποιήσει, τουτ' ἔστιν, ἀπολείψεται περὶ τὸ ποιῆσαι. *Schol.*

Τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν,
Εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ.
Ὣς φάτ' ἐποτρύνων· οἱ δ' ἀντίοι ἔγχε' ἄειρον
Τρῶες· τῶν δ' ἄμυδις μίχθη μένος, ὦρτο δ' ἀϋτή.
Καὶ τότ' ἄρ' Ἕκτορα εἶπε παραστὰς Φοῖβος Ἀπόλλων·
Ἕκτορ, μηκέτι πάμπαν Ἀχιλλῆϊ προμάχιζε,
Ἀλλὰ κατὰ πληθύν τε καὶ ἐκ φλοίσβοιο δέδεξο,
Μήπως σ' ἠὲ βάλῃ, ἠὲ σχεδὸν ἄορι τύψῃ.
Ὣς ἔφαθ'· Ἕκτωρ δ' αὖτις ἐδύσατο οὐλαμὸν ἀνδρῶν,
Ταρβήσας, ὅτ' ἄκουσε θεοῦ ὄπα φωνήσαντος.
Ἐν δ' Ἀχιλεὺς Τρώεσσι θόρε φρεσὶν εἱμένος ἀλκὴν,
Σμερδαλέα ἰάχων· πρῶτον δ' ἕλεν Ἰφιτίωνα
Ἐσθλὸν, Ὀτρυντείδην, πολέων ἡγήτορα λαῶν,
Ὃν νύμφη τέκε Νηῒς Ὀτρυντῆϊ πτολιπόρθῳ,
Τμώλῳ ὕπο νιφόεντι, Ὕδης ἐν πίονι δήμῳ·
Τόν ῥ' ἰθὺς μεμαῶτα βάλ' ἔγχεϊ δῖος Ἀχιλλεὺς,
Μέσσην κακκεφαλήν· ἡ δ' ἄνδιχα πᾶσα κεάσθη·

" Illi autem ego obvius ibo, etiam si igni manuum-vi similis-est,
" Si igni manuum-vi similis-est, animóque rutilo ferro.
Sic dixit incitans: adversi verò hastas tollebant
Troës: horum autem in-unum congressa est vis, ortúsque est clamor.
Et tunc quidem Hectorem allocutus est astans Phœbus Apollo;
" Hector, ne jam omninò cum Achille congrediaris-ante-aciem,
" Sed in aminéque & ex turbâ excipe,
" Ne quà te vel missili-feriat, vel cominùs ense percutiat.
Sic dixit: Hector verò rursus immersit-se in agmen densum virorum,
Perculsus, ut audivit dei vocem locuti.
At Achilles in Trojanos insiliit, præcordia indutus robur,
Horrendè vociferans: Primum autem interfecit Iphitiona
Strenuum, Otryntidem, magnarum ductorem copiarum,
Quem nympha peperit Naïs Otrynteo urbium-eversori,
Tmolo sub nivoso, Hydæ in opulentâ civitate:
Hunc quidem rectà animosè-irruentem percussit hastâ nobilis Achilles,
Medio capite; illud verò in-duas-partes totum diffissum est:

Ver. 371. Τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι.]

Audeo & Æneadûm promitto occurrere turmæ;
Solaque Tyrrhenos equites ire obvia contrà. *Æn.* XI, 503.

Ibid. —καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν, Εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε.] Vide infrà ad χ', 127; & ad ψ', 642.

Ver. 375. Καὶ τότ' ἄρ'.] *Et tum deinceps* ———.

Ver. 377. —δέδεξο.] *Al.* δέδεξαι.

Ver. 378. —ἠὲ βάλῃ, ἠὲ σχεδόν.] Vide suprà ad γ', 540; & ad ε', 84.

Ver. 382. Σμερδαλέα ἰάχων.] Vide suprà ad γ', 456.

Ver. 385. Τμώλῳ.] Ὄρος Λυδίας. *Schol.*

Ibid. —νιφόεντι.] Quâ analogiâ vox νιφόεντι, quæ primam *corripit*, deducta sit ex νίφειν, quæ primam *producit*; vide suprà ad ά, 338; & ad μ', 280.

Ibid. —Ὕδης.] Πόλις Λυδίας, ἡ νῦν καλουμένη Σάρδεις. *Schol.*

Ver. 386. Τόν ῥ'.] *Hunc, inquam*———. Cæterùm Codex *Harleianus* hîc legit, Τόνδ'.

Ibid. —μεμαῶτα.] Vide suprà ad ύ, 4[illegible]

Ver. 387. Μέσσην κακκεφαλήν· ἡ δ' ἄνδιχα.]

Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Dividit;—————————
———atque illi partibus æquis
Huc caput atque illuc humero ex utroque pependit. *Æn.* IX, 750, 754.

Δούπησεν δὲ πεσών· ὁ δ' ἐπεύξατο δῖος Ἀχιλλεύς·
Κεῖσαι, Ὀτρυντείδη, πάντων ἐκπαγλότατ' ἀνδρῶν·
Ἐνθάδε τοι θάνατος· γενεὴ δέ τοι ἐστ' ἐπὶ λίμνῃ
Γυγαίῃ, ὅθι τοι τέμενος πατρώϊόν ἐστιν,
Ὕλλῳ ἐπ' ἰχθυόεντι, καὶ Ἕρμῳ δινήεντι.
Ὣς φάτ' ἐπευχόμενος· τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε.
Τὸν μὲν Ἀχαιῶν ἵπποι ἐπισσώτροις δατέοντο
Πρώτῃ ἐν ὑσμίνῃ· ὁ δ' ἐπ' αὐτῷ Δημολέοντα,
Ἐσθλὸν ἀλεξητῆρα μάχης, Ἀντήνορος υἱὸν,
Νύξε κατὰ κρόταφον, κυνέης διὰ χαλκοπαρήου·
Οὐδ' ἄρα χαλκείη κόρυς ἔσχεθεν, ἀλλὰ δι' αὐτῆς
Αἰχμὴ ἱεμένη ῥῆξ' ὀστέον, ἐγκέφαλος δὲ
Ἔνδον ἅπας πεπάλακτο· δάμασσε δέ μιν μεμαῶτα.
Ἱπποδάμαντα δ' ἔπειτα καθ' ἵππων ἀΐσσοντα,
Πρόσθεν ἕθεν φεύγοντα, μετάφρενον οὔτασε δουρί·
Αὐτὰρ ὁ θυμὸν ἄϊσθε καὶ ἤρυγεν, ὡς ὅτε ταῦρος

Fragorem autem edidit cadens: super *eum* verò gloriabatur Achilles;
" Jaces, Otryntide, omnium terribilissime virorum:
" Hîc tibi mors; genus autem tibi est ad lacum
" Gygæum, ubi tibi ager paternus est,
" Hyllum ad piscosum, & Hermum vorticosum.
Sic dixit super *eum* glorians; Illum autem caligo oculos obtexit:
Hunc quidem Achivorum equi canthis-rotarum lacerârunt
Primâ in acie: Ille verò post hunc Demoleontem,
Strenuum propulsatorem pugnæ, Antenoris filium,
Percussit ad tempus per galeam æneis-munitam-malis.
Nec sanè ærea galea prohibuit, sed per ipsam
Cuspis pergendi-cupida rupit os; cerebrum verò
Intùs totum fœdatum est: domuit verò illum ardentem.
Hippodamantem autem deindè à curru desilientem,
Ante se fugientem, in dorso percussit hastâ:
Et is animum exhalabat & mugiebat, ut cùm taurus

Ver. 388. Δούπησεν δέ.] Vide suprà ad ν', 181.

Ver. 390. Ἐνθάδε τοι θάνατος· γενεὴ δέ.]
Hîc tibi mortis erant metæ: domus alta sub Idâ. *Æn.* XII, 546.

Ibid. —ἐπὶ λίμνῃ.] *Al.* ἐν λίμνῃ.

Ibid. —λίμνῃ Γυγαίῃ.] Οὕτως ἐν Λυδίᾳ λίμνη καλουμένη Γυγαίη· ἤτοι ἀπὸ Γύγου τοῦ Κανδαύλου, ὃν πρῶτόν φασι βασιλεῦσαι Λυδῶν· ἢ ἀπό τινος ἰσχυροῦ ἥρωος Γύγου καλουμένη. *Schol.*

Ver. 392. Ὕλλῳ ἐπ' ἰχθυόεντι.] Sic apud *Virgilium*;
———*piscosove* amne Padusæ. *Æn.* XI, 457.

Ver. 393. —τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε.] Vide suprà ad δ', 461, & 503.

Ver. 399. Αἰχμὴ ἱεμένη.] Vide suprà ad ϛ, 317.

Αὐτὰρ ἐγὼ γενεὴν μεγάλου Διὸς εὔχομαι εἶναι·
Τίκτε μ' ἀνὴρ, πολλοῖσιν ἀνάσσων Μυρμιδόνεσσι,
Πηλεὺς Αἰακίδης· ὁ δ' ἄρ' Αἰακὸς ἐκ Διὸς ἦεν·
Τῷ κρείσσων μὲν Ζεὺς Ποταμῶν ἁλιμυρηέντων·
Κρείσσων δ' αὖτε Διὸς γενεὴ, Ποταμοῖο τέτυκται.
Καὶ γάρ σοι ποταμός γε πάρα μέγας, εἰ δύναταί τι

Ter quidem ipsam concussit, extrahere cupiens;
Ter verò deseruit vi: at quartò, parabat animo
Frangere incurvatam hastam fraxineam Æacidæ;
Sed antè Achilles cominùs ense animam abstulit:
Ventrem enim ei percussit ad umbilicum: omnia autem
Effusa sunt in terram intestina; & eum continuò tenebræ oculos contexere
Expirantem: Achilles verò in pectora irruens,
Armáque detraxit, & glorians verbum dixit;
" Jaceto sic: arduum tibi præpotentis Saturnii
" Cum filiis contendere, è Fluvio licèt genito.
" Dicebas tu quidem Fluvii genus *te* esse latè fluentis;
" At ego genus magni Jovis glorior esse:
" Genuit me vir, multis imperans Myrmidonibus,
" Peleus Æacides; ipse verò Æacus ex Jove erat:
" Ideò potentior quidem Jupiter Fluviis in mare fluentibus;
" Potentius itidem Jovis genus, *quàm* Fluvii est.
" Etenim tibi fluvius utique adest magnus, si potest quid

Ver. 176. —ἐρύσσασθαι.] *Al.* ἐρύσσεσθαι.
Ver. 177. —βίη.] *Barnesius* edidit βίη. Verùm, ut opinor, minùs rectè.
Ver. 181. Χύντο χαμαὶ χολάδες.] Rem *turpem* consultâ verborum κακοφωνίᾳ depingit. Similitèr *Virgilius* belli civilis horrorem;
Neu patriæ validas in viscera vertite vires. *Æn.* VI, 833.
Item Deæ vulnerandæ turpitudinem;
——& Veneris violavi vulnere dextram. *Æn.* XI, 277.
Ibid. —τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψεν.] Vide suprà ad δ', 461, & 503.
Ver. 182. Ἀχιλλεὺς δ' ἄρ'.] *Al.* Ἀχιλλεὺς γάρ.

Ibid. —ἄρ'.] *Deinceps* ———. *Ut facere solitus erat*———.
Ibid. —ἐνὶ.] *Al.* ἐπί.
Ver. 184—193. —Κρονίωνος——Κρονίωνι.] De prosodiâ vocis Κρονίωνος & Κρονίωνος, vide suprà ad α', 397; ad ζ', 464; & ad ν', 46.
Ver. 185. —ἐκγεγαῶτι.] Vide suprà ad β', 818; ad ζ', 464; & ad ν', 46.
Ver. 191—198. τέτυκται—δείδοικε.] Vide suprà ad σ', 261; & ad ν', 481, & 736.
Ver. 192. —πάρα μέγας.] Quâ ratione ultima vocis, πάρα, hic producatur; item πρὶν, *ver.* 225; vide suprà ad α', 51.

Ver. 193.

Χραισμεῖν· ἀλλ' οὐκ ἔστι Διὶ Κρονίωνι μάχεσθαι·
Τῷ, οὔτε κρείων Ἀχελώϊος ἰσοφαρίζει,
Οὐδὲ βαθυρρείταο μέγα σθένος Ὠκεανοῖο,
Ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοί, καὶ πᾶσα θάλασσα,
Καὶ πᾶσαι κρῆναι, καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν·
Ἀλλὰ καὶ ὃς δείδοικε Διὸς μεγάλοιο κεραυνὸν,
Δεινήν τε βροντὴν, ὅτ' ἀπ' οὐρανόθεν σμαραγήσῃ.
Ἦ ῥα, καὶ ἐκ κρημνοῖο ἐρύσατο χάλκεον ἔγχος.
Τὸν δὲ κατ' αὐτόθι λεῖπεν, ἐπεὶ φίλον ἦτορ ἀπηύρα,
Κείμενον ἐν ψαμάθοισι, δίαινε δέ μιν μέλαν ὕδωρ.
Τὸν μὲν ἄρ' ἐγχέλυές τε καὶ ἰχθύες ἀμφεπένοντο,
Δημὸν ἐρεπτόμενοι ἐπινεφρίδιον κείροντες.
Αὐτὰρ ὁ βῆ ῥ' ἰέναι μετὰ Παίονας ἱπποκορυστὰς,
Οἵ ῥ' ἔτι πὰρ ποταμὸν πεφοβήατο δινήεντα,

" Prodesse; sed non licet cum Jove Saturnio pugnare:
" Ideò, nè rex quidem Acheloïus æquiparatur,
" Neque profundè-fluentis ingens vis Oceani,
" Ex quo tamen omnes fluvii, & omne mare,
" Et omnes fontes, & putei altî fluunt:
" Sed & is metuit Jovis magni fulmen,
" Horrendúmque tonitru, quando è cœlo fragorem-dederit.
Dixit utique, & è crepidine evulsit æream hastam.
Illum verò ibidem reliquit, postquàm charam animam abstulerat,
Jacentem in arenis; alluebat autem ipsum nigra aqua.
Illum quidem anguillæque & pisces circum-occupati-erant,
Pinguedinem raptim comedentes renibus-obtensam carpentes.
At ille perrexit ire ad Pæonas bellatores-equestres,
Qui utique jam juxta fluvium in-fugam-conversi-erant vorticosum,

Ver. 193. —οὐκ ἔστι Διὶ Κρονίωνι μάχεσθαι.] ——χρὴ δὲ πρὸς Θεὸν οὐκ ἐρίζειν. *Pyndar. Pythior. Od.* II, *ver.* 161.

Ver. 194. —Ἀχελώϊος.] Ποταμὸς μεταξὺ Αἰτωλίας καὶ Ἀκαρνανίας.

Ver. 195. —Ὠκεανοῖο, Ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοί.] Pulchrè *Eustathius*, *Proœm. ad Iliad.* Ἐξ ὠκεανοῦ μὲν γὰρ ποταμοὶ πάντες· πηγαὶ πᾶσαι· φρέατα πάντα, κατὰ τὸν πάλαι λόγον. Ἐξ Ὁμήρου δὲ, εἰ καὶ μὴ πᾶσα, πολλὴ γοῦν παρησέρρυσε τοῖς σοφοῖς λόγου ἀπορροή. Οὐδεὶς γοῦν οὔτε τῶν τὰ ἄνω πραγματευσαμένων, οὔτε τῶν περὶ φύσιν, οὔτε τῶν περὶ ἦθος, οὐδ' ἁπλῶς τῶν περὶ λόγους ἐξεταστικοὺς, ὁποῖος ἂν εἴποι τις, παρῆλθε τὴν Ὁμηρικὴν σκηνὴν ἀξεναγώγητος, ἀλλὰ πάντες παρ' αὐτῷ κατέλυσαν, &c. Item *Dionysius Halicarnassensis*; Κορυφὴ μὲν οὖν ἁπάντων καὶ σκοπὸς, ἐξ οὗ περ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα, Καὶ πᾶσαι κρῆναι, δικαίως ἂν Ὅμηρος λέγοιτο. Περὶ συνθέσεως, § 24. Et *Quintilianus*; " Hinc " enim (quemadmodum ex oceano dicit ip- " se amnium vim fontiumque cursus initium " capere,) omnibus eloquentiæ partibus ex- " emplum & ortum dedit." *Lib.* X, *cap.* 1.

Ver. 197. —νάουσιν.] *Al.* νέουσιν.

Ver. 199. —βροντὴν ——σμαραγήσῃ.] De hujusmodi ὀνοματοποιΐας venustate, vide suprà ad β', 210; ad γ', 363; & ad δ', 455.

Ibid. —σμαραγήσῃ.] *Al.* σμαραγήσει.

Ver. 200. —χάλκεον ἔγχος.] Vide suprà ad γ', 380.

Ver. 203. —ἄρ'.] *Ut fieri solet*——.

Ibid. —ἐγχέλυες.] *Al.* ἐγχέλιες.

Ver. 205. —ἱπποκορυστάς.] Γελοίως ὁ Ἀπίων ἱπποκορυστὰς ἀπέδωκε, τοὺς κόρυθας ἔχοντας ἱππείαις θριξὶ κεκοσμημένας· οἱ γὰρ παρὰ τῶν κόρων συνέκειτο, ἱπποκόρυθος ἂν ἐλέγετο. Νῦν δὲ σημαίνει τὸν ἔφιππον ὁπλίτην· κορυστὴς γὰρ ἀπὸ μέρους ὁ ὁπλίτης καὶ μαχητής. *Porphyr. Quæst. Homeric.* 15.

Ver. 206. Οἵ ῥ'.] *Qui utique*——. *Qui scilicèt*——.

Ὡς εἶδον τὸν ἄριστον ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ
Χέρσ' ὑπὸ Πηλείδαο καὶ ἄορι ἶφι δαμέντα.
Ἔνθ' ἕλε Θερσίλοχόν τε, Μύδωνά τε, Ἀστύπυλόν τε,
Μνῆσόν τε, Θράσιόν τε, καὶ Αἴνιον, ἠδ' Ὀφελέστην·
Καί νύ κ' ἔτι πλέονας κτάνε Παίονας ὠκὺς Ἀχιλλεὺς,
Εἰ μὴ χωσάμενος προσέφη Ποταμὸς βαθυδίνης,
Ἀνέρι εἰσάμενος, βαθέης δ' ἐκφθέγξατο δίνης·
Ὦ Ἀχιλεῦ, περὶ μὲν κρατέεις, περὶ δ' αἴσυλα ῥέζεις
Ἀνδρῶν· αἰεὶ γάρ τοι ἀμύνουσιν θεοὶ αὐτοί.
Εἴ τοι Τρῶας ἔδωκε Κρόνου παῖς πάντας ὀλέσσαι,
Ἐξ ἐμέθεν γ' ἐλάσας πεδίον κάτα, μέρμερα ῥέζειν·
Πλήθει γὰρ δή μοι νεκύων ἐρατεινὰ ῥέεθρα,
Οὐδέ τί πῃ δύναμαι προχέειν ῥόον εἰς ἅλα δῖαν,
Στεινόμενος νεκύεσσι· σὺ δὲ κτείνεις ἀϊδήλως.
Ἀλλ', ἄγε δὴ καὶ ἔασον· ἄγη μ' ἔχει, ὄρχαμε λαῶν.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·
Ἔσται ταῦτα, Σκάμανδρε διοτρεφὲς, ὡς σὺ κελεύεις·

Ut viderunt illum fortissimum in asperâ pugnâ
Manibus Pelidæ & ense fortitèr domitum.
Tunc interfecit Thersilochúmque, Mydonáque, Astypylúmque,
Mnesúmque, Thrasiúmque, & Ænium, atque Opheleſtem:
Et omninò adhuc plures interemisset Pæonas velox Achilles,
Nisi iratus allocutus fuisset Fluvius vorticibus-profundus,
Viro se postquàm assimulârat, è profundo autem vocem-edidit vortice;
" O Achille, *aliis* quidem fortitudine superior es, superior & indignè factis,
" Hominibus: semper enim tibi auxiliantur dii ipsi.
" Si tibi Trojanos dedit Saturni filius omnes perdere,
" Ex me saltem cum exegeris per campum, ardua patrato:
" Referta enim jam sunt mihi cadaveribus amœna fluenta,
" Neque prorsùs aliquò possum effundere undas in mare vastum,
" Angustatus cadaveribus; tu autem interficis omnes penitùs.
" Quin agedum & desiste; stupor me occupat, princeps populorum.
Hunc autem respondens allocutus est pedibus celer Achilles;
" Erunt hæc, Scamander Jovis-alumne, ut tu jubes:

Ver. 213. Ἀνέρι εἰσάμενος.] Vide suprà ad ν', 45; & ad γ', 141.

Ibid. —ἐκφθέγξατο.] Ita edidit *Barnesius*, ex emendatione *Isaaci Casauboni*. *Al.* ἐφθέγξατο.

Ver. 217. —ῥέζειν.] *Al.* ῥέζε. Atque ita legit Codex *Harleianus*.

Ver. 218. Πλήθει γὰρ δή μοι νεκύων.

——Cum——Achilles——
Millia multa daret leto, gemerentque repleti
Amnes, nec reperire viam atque evolvere posset
In mare se Xanthus——

Æn. V, 804, 806.

Ver. 219. —ἅλα δῖαν.] *Mare magnum.* Quicquid enim *quâvis* de causâ *eximium* est, δῖον appellatur. Vide suprà ad α', 141.

Ver. 220. —σὺ δὲ κτείνεις ἀϊδήλως.] Ἀφανίζων, καὶ ἀδήλους ποιῶν· οὐ κακῶς δὲ καὶ Σίαστος, ἀΐδηλον ἀπέδωκε, τὸ δὲ ἀδήλως ἐμφατικόν. *Porphyr. Quæst. Homeric.* 26. Vide autem ad *Odyss.* π', 29.

Ver. 221. —ἄγε δή.] Vide suprà ad ζ', 351; & ad β', 158.

Ibid. —ἔασον.] Vide suprà ad δ', 42. Malé *Barnesius*, ἴασον. Τινὲς, ἀπὸ τοῦ ἰῶ· οἰόμενοι τὸ ἴασον κατὰ διαίρεσιν τῆς πρώτης συλλαβῆς· ἵνα σημαίνῃ πληρώθητι. *Schol.* MS apud *Barnesium*.

Ver. 225.

Τρῶας δ' οὐ πρὶν λήξω ὑπερφιάλους ἐναρίζων,
Πρὶν ἔλσαι κατὰ ἄστυ, καὶ Ἕκτορι πειρηθῆναι
Ἀντιβίην, ἤ κέν με δαμάσσεται, ἤ κεν ἐγὼ τόν.
Ὣς εἰπὼν, Τρώεσσιν ἐπέσσυτο, δαίμονι ἶσος.
Καὶ τότ' Ἀπόλλωνα προσέφη Ποταμὸς βαθυδίνης·
Ὢ πόποι, Ἀργυρότοξε, Διὸς τέκος, οὐ σύ γε βουλὰς
Εἰρύσαο Κρονίωνος, ὅ τοι μάλα πόλλ' ἐπέτελλε
Τρωσὶ παρεστάμεναι καὶ ἀμύνειν, εἰσόκεν ἔλθῃ
Δείελος ὀψὲ δύων, σκιάσῃ δ' ἐρίβωλον ἄρουραν.
Ἦ, καὶ Ἀχιλλεὺς μὲν δουρικλυτὸς ἔνθορε μέσσῳ,
Κρημνοῦ ἀπαΐξας· ὁ δ' ἐπέσσυτο, οἴδματι θύων·
Πάντα δ' ὄρινε ῥέεθρα κυκώμενος· ὦσε δὲ νεκροὺς
Πολλοὺς, οἵ ῥα κατ' αὐτὸν ἅλις ἔσαν, οὓς κτάν' Ἀχιλλεύς·
Τοὺς ἔκβαλλε θύραζε, μεμυκὼς, ἠΰτε ταῦρος,
Χέρσονδε· ζωοὺς δ' ἐσάω κατὰ καλὰ ῥέεθρα,
Κρύπτων ἐν δίνῃσι βαθείῃσιν μεγάλῃσι.
Δεινὸν δ' ἀμφ' Ἀχιλῆα κυκώμενον ἵστατο κῦμα,

" Trojanos tamen non antè desinam fœdifragos interficere,
" Quàm conclusero in urbem, & Hectorem periculum-fecero
" Adversus, an utique me domabit, an ego ipsum.
Sic fatus, in Trojanos irruit, deo-par.
Et tunc Apollinem allocutus est Fluvius profundus-vorticibus;
" Proh, malum, Argenteo-arcu-insignis, Jovis fili, non tu sanè consilia
" Observâsti Saturnii, qui tibi multis admodùm mandavit
" Trojanis adesse & opem ferre,. usque dum veniret
" Sol-vespertinus serò occidens, obumbraretque glebosa arva.
Dixit, & Achilles quidem hastâ-inclytus insiliit medio,
A crepidine ruens: ille verò concitus-ingruit tumidis-fluctibus furens;
Omnia autem commovit fluenta turbidus: impulit verò mortuos
Multos, qui per eum affatim erant, quos occiderat Achilles;
Hos ejecit foràs, mugiens, tanquam taurus,
In terram: vivos autem servavit in pulchris fluentis,
Occultans in vorticibus profundis ingentibus.
Horrenda autem circum Achillem turbida constitit unda,

Ver. 225. Πρὶν ἔλσαι.] Cod. *Harleian.* Πρὶν ἔλσαι.

Ver. 230. Εἰρύσαο.] *Al.* Εἴρυσας.

Ver. 232. Δείελος ὀψὲ δύων, σκιάσῃ δ'.]
Sol ruit interea, & montes umbrantur opaci. *Æn.* III, 508.

Ibid. Δείελος ὀψὲ δύων.] Ἡ ὀψινὴ κατάστασις τοῦ ἡλίου, παρ' Ἀττικοῖς δείελος λεγομένη. *Schol.*

Ibid. —σκιάσῃ.] Vide suprà ad ά, 140. *Al.* σκιάσει.

Ibid. —ἄρουραν.] Vide suprà ad ζ', 142.

Ver. 234. —ἀπαΐξας.] *Al.* ἐπαΐξας. Cod. *Harleian.* ὑπαΐξας.

Ver. 236. —οἵ ῥα.] *Qui videlicèt*———. *Qui, ut suprà memoratum est*———.

Ibid. —ἅλις ἔσαν.] Quâ ratione, ἅλις hîc ultimam producat; item σάκεϊ, *ver.* 241; & Ἠΰφυία, *ver.* 243; & ἐπέσσυτο, *ver.* 256; vide suprà ad ά, 51. Cæterùm Cod. *Harleian.* hîc legit, ἔσαν ἅλις. Quo modo & in *Commentario* legit *Eustathius*.

Ver. 237. —μεμυκώς.] Vide suprà ad β', 314.

Ver. 238. —ζωοὺς δ' ἐσάω.] Τὸ ζῶ, σάω, ἀποκοπὴν ἔπαθεν· ὡς γὰρ ἔταζεν, ἔτα, οὕτω σάωζε, σάω. *Eustath.* Vide suprà ad π', 363; & ad ι', 192.

Ibid. *ver.* 244, 301, 317, & 352. —καλά.] Vide suprà ad β', 43.

Ver. 240. Δεινὸν δ' ἀμφ' Ἀχιλῆα.] Βιαζόμενον δέ τινα πρὸς ἐναντίον ῥεῦμα ποταμοῦ

Ὦθει δ' ἐν σάκει πίπτων ῥόος, οὐδὲ πόδεσσιν
Εἶχε στηρίξασθαι· ὁ δὲ πτελέην ἕλε χερσὶν
Εὐφυέα, μεγάλην· ἡ δ' ἐκ ῥιζῶν ἐριποῦσα
Κρημνὸν ἅπαντα διῶσεν, ἐπέσχε δὲ καλὰ ῥέεθρα
Ὄζοισιν πυκινοῖσι· γεφύρωσεν δέ μιν αὐτὸν,
Εἴσω πᾶσ' ἐριποῦσ'· ὁ δ' ἄρ' ἐκ λίμνης ἀνορούσας,
Ἤϊξεν πεδίοιο ποσὶ κραιπνοῖσι πέτεσθαι,
Δείσας· οὐδ' ἔτ' ἔληγε μέγας θεὸς, ὦρτο δ' ἐπ' αὐτὸν
Ἀκροκελαινιόων, ἵνα μιν παύσειε πόνοιο
Δῖον Ἀχιλλῆα, Τρώεσσι δὲ λοιγὸν ἀλάλκοι.
Πηλείδης δ' ἀπόρουσεν, ὅσον τ' ἐπὶ δουρὸς ἐρωὴ,
Αἰετοῦ οἴματ' ἔχων μέλανος, τοῦ θηρητῆρος,
Ὅς θ' ἅμα κάρτιστός τε καὶ ὤκιστος πετεηνῶν.
Τῷ εἰκὼς ἤϊξεν· ἐπὶ στήθεσσι δὲ χαλκὸς
Σμερδαλέον κονάβιζεν· ὕπαιθα δὲ τοῖο λιασθεὶς

Urgebátque scuto incumbens fluctus, neque pedibus
Poterat se stabilire: At ille ulmum prehendit manibus
Feliciter-crescentem, ingentem: ea autem radicitùs procidens
Crepidinem totam disjecit, repressitque pulchra fluenta
Ramis densis; junxit autem tanquam ponte illum ipsum,
Intùs tota prolapsa: Is verò è voragine prosiliens
Festinavit per campum pedibus rapidis volare,
Perculsus: Necdum destitit magnus deus, sed surrexit-ruiturus in illum
In-summo-nigricans, ut ipsum arceret à bellico-labore
Nobilem Achillem, Trojanisque exitium averteret.
Pelides verò saltu-dato resugit, quantum est hastæ jactus,
Aquilæ impetus habens, nigræ venatricis,
Quæ simul fortissimáque & celerrima volucrum.
Huic similis ruit; circa pectus autem æs
Horrendùm resonabat: obliquè autem ab illo declinans

μετὰ τῶν ὅπλων, καὶ τὰ μὲν ἀντέχοντα, τὰ δὲ ὑποφερόμενον ἱστάντα, ἀνακοπάς τε ποιεῖ συλλαβῶν, καὶ ἀναβολὰς χρόνων, καὶ ἀντιστηριγμοὺς γραμμάτων· "Δεινὸν δ' ἀμφ' Ἀχιλῆα κυκώμενον ἵστατο κῦμα, Ὦθει δ' ἐν σάκει πίπτων ῥόος, οὐδὲ πόδεσσιν Εἶχε στηρίξασθαι." *Dionys. Halicarn.* περὶ Συνθέσεως, § 16. Ubi, in transitu, notandum, pro στηρίξασθαι legisse *Dionysium* στηρίξεσθαι.

Ibid. —κῦμα.] *Al.* ῥεῦμα.

Ver. 241. —οὐδὲ πόδεσσιν Εἶχε στηρίξασθαι.] Observandus hîc maximè proprius Vocis *Mediæ* Usus. *Nec potuit pedibus se ipse stabilire.* Vide suprà ad ν', 45; & ad γ', 241.

Ver. 244. Κρημνὸν ἅπαντα διῶσεν.] Τὴν Συνεχομένην ὑπὸ τῶν ῥιζῶν γῆν πᾶσαν διέλυσεν. *Schol.* MS apud *Barnesium*.

Ver. 245. —γεφύρωσεν.] Διαβατὸν ἐποίησεν. *Schol.*

Ver. 246. —ἐκ λίμνης.] *Al.* ἐκ δίνης.

Ver. 248. —ἐπ' αὐτόν.] *Al.* ἐπ' αὐτῷ.

Ver. 250. —λοιγὸν ἀλάλκοι.] *Al.* λοιγὸν ἀμύνοι.

Ver. 251. —ἐρωή.] *Al.* ἐρωῇ.

Ver. 252. —Αἰετοῦ οἴματ' ἔχων.] Sic suprà π', 752;

Οἶμα λέοντος ἔχων ———:

Et infrà χ', 308;

Οἴμησεν δὲ ἀλεὶς ———.

Al. Αἰετοῦ ὄμματ' ἔχων.

Ibid. —μέλανος, τοῦ.] *Al.* μελανόσσου, & μέλανοσσου, & μέλανός τε· notante *Scholiaste.*

Ver. 254. —ἐπὶ στήθεσσι δὲ χαλκὸς Σμερδαλέον κονάβιζεν.]

———————&, arma
Horrendùm sonuere———. *Æn.* IX, 731.

Ver. 255. Σμερδαλέον κονάβιζεν.] Vide suprà ad β', 210; & ad δ', 455.

Ver. 256.

φεῦγ', ὁ δ' ὄπισθε ῥέων ἕπετο μεγάλῳ ὀρυμαγδῷ.
Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ὀχετηγὸς ἀπὸ κρήνης μελανύδρου
Ἀμφυτὰ καὶ κήπους ὕδατος ῥόον ἡγεμονεύῃ,
Χερσὶ μάκελλαν ἔχων, ἀμάρης δ' ἐξ ἔχματα βάλλων·
Τοῦ μέν τε προρέοντος, ὑπὸ ψηφῖδες ἅπασαι
Ὀχλεῦνται, τὸ δέ τ' ὦκα κατειβόμενον κελαρύζει
Χώρῳ ἐνὶ προαλεῖ, φθάνει δέ τε καὶ τὸν ἄγοντα·
Ὣς αἰεὶ Ἀχιλῆα κιχήσατο κῦμα ῥόοιο,
Καὶ λαιψηρὸν ἐόντα· θεοὶ δέ τε φέρτεροι ἀνδρῶν.
Ὁσσάκι δ' ὁρμήσειε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς
Στῆναι ἐναντίβιον, καὶ γνώμεναι, εἴ μιν ἅπαντες
Ἀθάνατοι φοβέουσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι,
Τοσσάκι μιν μέγα κῦμα διιπετέος ποταμοῖο
Πλάζ' ὤμους καθύπερθεν· ὁ δ' ὑψόσε ποσσὶν ἐπήδα,
Θυμῷ ἀνιάζων· ποταμὸς δ' ὑπὸ γούνατ' ἐδάμνα

Fugiebat, is verò à-tergo fluens sequebatur magno sonitu.
Ut verò cum vir aquilex à fonte aquis-nigro
Per plantas & hortos aquæ rivum deducit,
Manibus ligonem tenens, & sulco obices ejiciens;
Et hâc quidem profluente subtùs calculi omnes
Agitantur, hæc autem-citò-defluens immurmurat
Loco in declivi, præcurritque etiam ipsum ductorem:
Sic perpetuò Achillem assequebatur fluctus fluvii,
Velocem licèt: Dii enim potentiores mortalibus.
Quoties verò conaretur pedibus-valens nobilis Achilles
Stare contrà, & cognoscere, an ipsum omnes
Immortales in fugam-agerent, qui cœlum latum tenent;
Toties ipsi magnus fluctus à Jove-fluentis fluvii
Alluebat humeros desupèr: Is autem in altum pedibus saliebat,
Animo mœstus: fluvius verò subtùs genua domabat

Ver. 256. Φεῦγ', ὁ δ' ὄπισθε ῥέων ἕπετο μεγάλῳ ὀρυμαγδῷ.] Mirificâ hîc ὀνοματοποιΐᾳ rem ipsam auribus exhibere videtur verborum sonitus. Vide suprà ad γ', 363.

Ver. 257. Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ὀχετηγός.]
Deinde satis fluvium inducit rivosque sequentes.
Et cùm exustus ager morientibus æstuat herbis,
Ecce, supercilio clivosi tramitis undam
Elicit: illa cadens raucum per levia murmur
Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arva. *Virg. Georgic.* I, 106.

Ibid. —ὀχετηγός.] Ὁ τοὺς ὀχετοὺς, ὁ τὸ τοῦ ὕδατος ὀχετὸν καθαίρων· *Schol.*

Ver. 258. —ὕδατος ῥόον.] ὕδατι ῥόον· MS *Oxon.* à *Barnesio*, item MS *Harleian.* à *Tho. Bentleio* collatus. Quod & ferri potest. Vide suprà ad α', 51.

Ibid. —ἡγεμονεύει.] Cod. *Harleian.* ἡγεμονεύῃ.

Ver. 259 —ἀμάρης.] Τῆς ὑδρορρόης τοῦ ὀχετοῦ. *Schol.*

Ver. 261. —κελαρύζει.] De hujusmodi ὀνοματοποιΐᾳ, vide suprà ad β', 210; ad γ', 363; ad δ', 455, 456 & 504.

Ver. 262. —φθάνει.] Vide suprà ad β', 43.

Ver. 267—298—380. —Ἀθάνατοι —— ἀθανάτους —— Ἀθάνατοι.] Vide suprà ad α', 398.

Ibid. —φοβέουσι.] *Al.* φοβέωσι.

Ver. 268 & 326. —διιπετέος.] Vide suprà ad π', 174.

Ver. 270. Θυμῷ ἀνιάζων.] De antepenultimâ vocis, ἀνιάζων, hoc in loco *productâ*; suprà autem σ', 300, *correptâ*; vide suprà ad ο', 24.

Ver. 271.

Λάβρος, ὕπαιθα ῥέων, κονίην δ' ὑπέρεπτε ποδοῖιν·
Πηλείδης δ' ᾤμωξεν, ἰδὼν εἰς οὐρανὸν εὐρύν·
Ζεῦ πάτερ, ὡς οὔτις με θεῶν ἐλεεινὸν ὑπέστη
Ἐκ ποταμοῖο σαῶσαι· ἔπειτα δὲ καί τι πάθοιμι.
Ἄλλος δ' οὔτις μοι τόσον αἴτιος οὐρανιώνων,
Ἀλλὰ φίλη μήτηρ, ἥ με ψεύδεσσιν ἔθελγεν,
Ἥ μ' ἔφατο Τρώων ὑπὸ τείχεϊ θωρηκτάων
Λαιψηροῖς ὀλέεσθαι Ἀπόλλωνος βελέεσσιν.
Ὥς μ' ὄφελ' Ἕκτωρ κτεῖναι, ὃς ἐνθάδε τέτραφ' ἄριστος,
Τῷ κ' ἀγαθὸν μὲν ἔπεφν', ἀγαθὸς δέ κεν ἐξενάριξε·
Νῦν δέ με λευγαλέῳ θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι,
Ἐρχθέντ' ἐν μεγάλῳ ποταμῷ, ὡς παῖδα συφορβόν,
Ὅν ῥά τ' ἔναυλος ἀποέρσῃ χειμῶνι περῶντα.
Ὣς φάτο· τῷ δὲ μάλ' ὦκα Ποσειδάων καὶ Ἀθήνη
Στήτην ἐγγὺς ἰόντε, δέμας δ' ἄνδρεσσιν ἐΐκτην·
Χειρὶ δὲ χεῖρα λαβόντες ἐπιστώσαντ' ἐπέεσσι·
Τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε Ποσειδάων ἐνοσίχθων·

Rapidus, obliquè fluens, pulverémque subtrahebat pedibus;
Pelides autem ejulavit, intuitus in cœlum latum;
" Jupiter pater, ut nullus me deorum miserabilem sustinet
" Ex fluvio eripere: in posterum verò vel quidvis patiar.
" Alius autem nullus mihi tantum in culpâ cœlestium,
" Quantum mea mater, quæ me mendaciis lactabat;
" Quæ me dicebat Trojanorum sub muro armatorum
" Velocibus periturum esse Apollinis jaculis.
" Utinam me Hector occidisset, qui hîc nutritus est fortissimus;
" Tum fortem quidem occidisset, & ipse fortis occisum spoliâsset:
" Nunc autem me ingloriâ-morte fatale-est corripi,
" Conclusum in magno fluvio, tanquam servulum subulcum,
" Quem torrens obrutum-perdit pluvio-tempore transeuntem.
Sic dixit: Hunc autem valdè citò Neptunus & Minerva
Steterunt propè accedentes, corpore autem hominibus similes-facti-erant;
Manúque manum prehendentes, confirmârunt verbis:
Inter hos autem sermonem orsus est Neptunus terræ quassator;

Ver. 271. —κονίην.] *Al.* γαῖαν.

Ver. 274. —ἔπειτα δὲ καί τι πάθοιμι.] Σωθεῖσαν ἐκ τοῦ ποταμοῦ· ἔπειτα δὲ καὶ πάθοιμί τι. *Schol.* Cæterùm legitur (notante *Henrico Stephano*) & καὶ τί πάθοιμι; *Quid me fiet?* Ut *Odyss.* ε, 465; Ὤ μοι ἐγὼ τί πάθω——.

Ver. 276. —ἔθελγεν.] Vide suprà ad β', 221; & ad ν', 84.

Ver. 279. Ὥς μ' ὄφελ' Ἕκτωρ κτεῖναι.]

———ô Danaûm fortissime gentis
Tydide, mene Iliacis occumbere campis
Non potuisse? tuâque animam hanc effundere dextrâ? *Æn.* I, 100.

Ibid. —ὃς ἐνθάδε τέτραφ' ἄριστος.] *Al.* ὃς ἐνθάδε γ' ἔτραφ' ἄριστος. Quam lectionem & præfert *Barnesius*.

Ver. 280. Τῷ κ' ἀγαθὸν μὲν ἔπεφν', ἀγαθὸς δέ κεν ἐξενάριξε.] Τῷ κ' ἀγαθὸς μὲν ἔπεφν', ἀγαθὸν δέ κεν ἐξενάριξε· Cod. *Oxon.* à *Barnesio*, item Cod. *Harleian.* à *Th. Bentleio* collatus.

Ver. 283. ἔναυλος.] Χείμαῤῥος ποταμὸς, διὰ στενῆς ῥέων. *Schol.*

Ibid. —ἀποέρσῃ.] *Al.* ἀποέρσει. Pronuntiabatur autem, ut opinor, ἀπϝέρσει, vel *appovversei*. Vide suprà ad τ', 35.

Ver. 285. —δέμας δ' ἄνδρεσσιν ἐΐκτην.] Vide suprà ad ξ', 136.

Ver. 287. Τοῖσι δὲ.] Vide suprà ad θ', 160. Male *Barnesius*, Τοῖσι δέ.

Ver. 288.

Πηλείδη, μήτ' ἄρ τι λίην τρέε, μήτε τι τάρβει·
Τοίω γάρ τοι νῶϊ θεῶν ἐπιταῤῥόθω εἰμέν,
Ζηνὸς ἐπαινήσαντος, ἐγὼ καὶ Παλλὰς Ἀθήνη·
Ὡς οὔ τοι ποταμῷ γε δαμήμεναι αἴσιμόν ἐστιν·
Ἀλλ' ὅδε μὲν τάχα λωφήσει, σὺ δὲ εἴσεαι αὐτός·
Αὐτάρ τοι πυκινῶς ὑποθησόμεθ', αἴκε πίθηαι,
Μὴ πρὶν παύειν χεῖρας ὁμοιΐου πολέμοιο,
Πρὶν κατὰ Ἰλιόφιν κλυτὰ τείχεα λαὸν ἐέλσαι
Τρωϊκὸν, ὅς κε φύγησι· σὺ δ' Ἕκτορι θυμὸν ἀπούρας
Ἂψ ἐπὶ νῆας ἴμεν· δίδομεν δέ τοι εὖχος ἀρέσθαι.
Τὼ μὲν ἄρ' ὣς εἰπόντε μετ' ἀθανάτους ἀπεβήτην·
Αὐτὰρ ὁ βῆ, (μέγα γάρ ῥα θεῶν ὤτρυνεν ἐφετμὴ,)
Ἐς πεδίον· τὸ δὲ πᾶν πλῆθ' ὕδατος ἐκχυμένοιο·
Πολλὰ δὲ τεύχεα καλὰ δαϊκταμένων αἰζηῶν
Πλῶον, καὶ νέκυες· τοῦ δ' ὑψόσε γούνατ' ἐπήδα
Πρὸς ῥόον ἀΐσσοντος ἀν' ἰθύν· οὐδέ μιν ἴσχε
Εὐρὺ ῥέων ποταμός· μέγα γὰρ σθένος ἔμβαλ' Ἀθήνη·
Οὐδὲ Σκάμανδρος ἔληγε τὸ ὃν μένος, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον
Χώετο Πηλείωνι, κόρυσσε δὲ κῦμα ῥόοιο,
Ὑψόσ' ἀειρόμενος· Σιμόεντι δὲ κέκλετ' ἀΰσας·

" Pelide, neque jam valde trepida, neque turbare;
" Tales enim tibi nos ex diis auxiliatores sumus,
" Jove approbante, ego & Pallas Minerva:
" Quoniam haud tibi à fluvio utique domari fatale est;
" Sed hic quidem citò desinet, tu autem videbis ipse:
" At tibi prudens suggeremus consilium, si modò parueris,
" Nè priùs abstineas manus ab omnibus-æquè-gravi pugnâ,
" Quàm in Ilii inclytos muros populum concluseris
" Trojanum, quicunque effugere poterit: Tu verò Hectori animâ ereptâ
" Ad naves redito: damus nempè tibi gloriam referre.
Hi sanè sic loquuti ad immortales abierunt:
At ille ivit, (valdè enim deorum impellebat *eum* præceptum,)
In campum; Hic verò totus inundabatur aquâ effusâ:
Multa autem arma pulchra prælio-cæsorum juvenum
Fluitabant, & cadavera: illius autem in altum genua exiliebant
Adversus cursum ruentis rectâ; neque enim tenuit
Latè fluens fluvius; magnum enim robur immiserat Minerva:
Neque Scamander remisit suam vim, sed adhuc magis
Irascebatur Pelidæ, tumefaciebátque undam fluenti,
In altum sublatus: Simoëntem verò hortabatur vociferans;

Ver. 288. —ἄρ τι.] Ita edidit *Barnesius*. Quocum facit Codex *Harleianus*. *Al.* ἄρτι.

Ver. 292. —λωφήσει.] Κοπάσει, παύσεται· μεταφορικῶς ἡ λέξις ἀπὸ τῶν τὰ φορτία ἀποτιθεμένων τῶν λόφων ὑποζυγίων. *Schol.* MS apud *Barnesium*.

Ver. 294. —ὁμοιΐου πολέμοιο.] Vide suprà ad σ', 242.

Ver. 296. —ἀπούρας.] Cod. *Harleian.* ἀπαύρας.

Ver. 303. —ἀν' ἰθύν.] Ἀντ' εὐθείας· κατὰ τὴν ὁρμὴν τοῦ ποταμοῦ. *Schol.*

Ver. 304. —μέγα γὰρ σθένος ἔμβαλ' Ἀθήνη.] Vide suprà ad ύ, 110.

Ver. 305, 603. —Σκάμανδρος —Σκάμανδρον.] Cod. *Harleian.* Κάμανδρος—Κάμανδρον.

Ibid. —ἔληγε τὸ ὃν μένος.] Vide suprà ad ύ, 424.

Ver. 310.

Φίλε κασίγνητε, σθένος ἀνέρος ἀμφότεροί περ
Σχῶμεν, ἐπεὶ τάχα ἄστυ μέγα Πριάμοιο ἄνακτος
Ἐκπέρσει, Τρῶες δὲ κατὰ μόθον οὐ μενέουσιν.
Ἀλλ' ἐπάμυνε τάχιστα, καὶ ἐμπίπληθι ῥέεθρα
Ὕδατος καὶ πηγέων, πάντας δ' ὀρόθυνον ἐναύλους·
Ἵστη δὲ μέγα κῦμα· πολὺν δ' ὀρυμαγδὸν ὄρινε
Φιτρῶν καὶ λάων, ἵνα παύσομεν ἄγριον ἄνδρα
Ὃς δὴ νῦν κρατέει, μέμονεν δ' ὅγε ἶσα θεοῖσι.
Φημὶ γὰρ οὔτε βίην χραισμησέμεν, οὔτε τι εἶδος,
Οὔτε τὰ τεύχεα καλά, τά που μάλα νειόθι λίμνης
Κείσεθ' ὑπ' ἰλύος κεκαλυμμένα· κὰδ δέ μιν αὐτὸν
Εἰλύσω ψαμάθοισιν, ἅλις χεράδος περιχεύας
Μυρίον, οὐδέ οἱ ὀστέ' ἐπιστήσονται Ἀχαιοὶ
Ἀλλέξαι· τόσσην οἱ ἄσιν καθύπερθε καλύψω.
Αὐτοῦ οἱ καὶ σῆμα τετεύξεται, οὐδέ τι μιν χρεὼ
Ἔσται τυμβοχοῆς, ὅτε μιν θάπτωσιν Ἀχαιοί.
Ἦ, καὶ ἐπῶρτ' Ἀχιλῆϊ κυκώμενος ὑψόσε θύων,

" Chare frater, robur viri ambo saltem
" Cohibeamus, mox enim urbem magnam Priami regis
" Evertet; Trojani verò in pugnâ non manebunt.
" Sed auxilium affer celerrimè, & imple fluenta
" Aquâ ex fontibus, omnésque concita rivos;
" Atque erige magnam undam: multam verò turbam excita
" Truncorum & lapidum, ut compescamus immanem virum,
" Qui jamdudùm victor-grassatur, animóque-agitat paria diis.
" Aio enim neque vim *illius* profuturam, neque omninò formam,
" Neque illa arma pulchra, quæ alicubi in imo fundo voraginis
" Jacebunt sub limo tecta: quin & ipsum
" Involvam arenis, sabulo affatim circumfuso
" Immenso; neque ejus ossa poterunt Achivi
" Colligere: tantam ei colluviem desupèr obtendam.
" Ibidem ei & sepulchrum erit, neque omninò ei opus
" Erit humatione, quandò ei exequias-facient Achivi.
Dixit, & ingruit in Achillem turbidus in-altum furens,

Ver. 310. —κατὰ μόθον.] Quâ ratione, κατὰ, hic ultimam producat; item δὲ, *ver.* 313, & 328; & περὶ, *ver.* 340; & ἅλις, *ver.* 344; vide suprà ad ά, 51.

Ver. 312. —πηγέων.] Pronuntiabatur πηγῶν.

Ibid. —ἐναύλους.] Τὰς τῶν ποταμῶν διώρυγας· ἢ τοὺς διὰ στενοῦ ῥέοντας ποταμούς. *Schol.*

Ver. 315. —μέμονεν.] Vide suprà ad ν', 481; & ad ά, 37.

Ibid. —γε.] Vide suprà ad γ', 409.

Ver. 318. Κείσεθ' ὑπ' ἰλύος.] Ὑπὸ τῆς ἰλύος τοῦ ποταμοῦ· ὅ ἐστι τοῦ πλήθους τοῦ πηλοῦ. *Schol.*

Ibid. —ἰλύος.] Τὸ δὲ ἰλύος ἐν ἄλλοις μὲν συστέλλει τὴν παραλήγουσαν· νῦν δὲ, ἐκτείνει. *Eustath.* Quod quâ ratione fiat, vide suprà ad ό, 24.

Ver. 319. Εἰλύσω.] Cod. *Harleian.* Εἰλύσατο. *Al.* ἰλύσω.

Ibid. —χεράδος.] Τῆς ὑπὸ ποταμῶν ἀθροιζομένης ψάμμου, καὶ ξύλων συρφετώδους. *Schol.*

Ver. 321. —ἄσιν.] Ἰλύν· ὅ ἐστι γῆν ψαμμώδη. *Schol.*

Ver. 322. —σῆμα.] *Al.* μοῖρα.

Ibid. —χρεὼ.] Pronuntiabatur χρῶ. Vide & suprà ad κ', 43.

Ver. 323. —τυμβοχοῆς.] *Al.* τυμβοχόης· pro τυμβοχοῆσαι.

Ibid. —θάπτωσιν.] Cod. *Harleian.* θάπτουσιν.

Ver. 325.

Μορμύρων ἀφρῷ τε, καὶ αἵματι, καὶ νεκύεσσι.
Πορφύρεον δ' ἄρα κῦμα διϊπετέος ποταμοῖο
Ἵστατ' ἀειρόμενον, κατὰ δ' ᾕρεε Πηλείωνα.
Ἥρη δὲ μέγ' ἄϋσε, περιδδείσασ' Ἀχιλῆϊ,
Μή μιν ἀποέρσειε μέγας ποταμὸς βαθυδίνης·
Αὐτίκα δ' Ἥφαιστον προσεφώνεεν ὃν φίλον υἱόν·
Ὄρσεο, Κυλλοπόδιον, ἐμὸν τέκος· ἄντα σέθεν γὰρ
Ξάνθον δινήεντα μάχῃ ἠΐσκομεν εἶναι·
Ἀλλ' ἐπάμυνε τάχιστα, πιφαύσκεο δὲ φλόγα πολλήν·
Αὐτὰρ ἐγὼ Ζεφύροιο καὶ ἀργέσταο Νότοιο,
Εἴσομαι ἐξ ἁλόθεν χαλεπὴν ὄρσουσα θύελλαν,
Ἥ κεν ἀπὸ Τρώων κεφαλὰς καὶ τεύχεα κήαι,
Φλέγμα κακὸν φορέουσα· σὺ δὲ Ξάνθοιο παρ' ὄχθας
Δένδρεα καῖ', ἐν δ' αὐτὸν ἵει πυρί· μηδέ σε πάμπαν
Μειλιχίοις ἐπέεσσιν ἀποτρεπέτω καὶ ἀρειῇ·
Μηδὲ πρὶν ἀπόπαυε τεὸν μένος· ἀλλ' ὁπόταν δὴ
Φθέγξομ' ἐγὼν ἰάχουσα, τότε σχεῖν ἀκάματον πῦρ.

Murmurans spumâque, & sanguine, & cadaveribus.
Purpurea verò continuò unda à-Jove-fluentis fluvii
Stabat elevata, occupabátque Pelidem.
Juno autem altè-clamavit, admodùm-timens Achilli,
Nè ipsum abriperet magnus fluvius vorticibus-profundus:
Statim verò Vulcanum allocuta est suum dilectum filium;
" Exurge-ad-certamen, Vulcane, mi fili: contra te enim
" Xanthum vorticosum in pugnâ conjicimus parem esse:
" Quin opem-fer citissimè, & ostenta flammam multam:
" Ego verò Zephyri & velocis Noti
" Ibo è mari gravem excitátura procellam,
" Quæ Trojanorum capita & arma comburat,
" Incendium exitiale ferens: tu verò Xanthi præter ripas
" Arbores ure, ipsúmque immitte igni; neque te omninò
" Blandis verbis avertat, aut minis:
" Neque antè cohibeas tuam vim, quàm ubi
" Signum-dedero clamore; tunc compesce indefessum ignem.

Ver. 325. Μορμύρων.] Vide suprà ad ε, 599.

Ver. 326. Πορφύρεον.] Vide suprà ad α, 482.

Ibid. —διϊπετέος.] Τοῦ ἐκ τοῦ ὄμβρου τοῦ Διὸς γεγονότος. *Schol.*

Ver. 329. —ἀποέρσειε.] Vide suprà ad *ver.* 283.

Ver. 330. Αὐτίκα δ' Ἥφαιστον.] Ὅμηρος δὲ τῷ ποταμῷ τὸν Ἥφαιστον, καὶ τῷ Ποσειδῶνι τὸν Ἀπόλλωνα κατὰ τὴν μάχην φυσικῶς μᾶλλον ἢ μυθικῶς ἀντιτάξειν. *Plutarch.* περὶ τοῦ πρώτου ψυχροῦ.

Ver. 331. Ὄρσεο, Κυλλοπόδιον.] Pulcherrima super hâc re *Plutarchi* observatio. Ὁ Θερσίτης ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως, οὐ χωλὸς, οὐ φαλακρὸς, οὐ κυρτὸς, ἀλλ' ἀκριτόμυθος λοιδορεῖται· Τὸν δ' Ἥφαιστον ἡ τεκοῦσα καὶ φιλοφρονουμένη προσαγορεύει ἀπὸ τῆς χωλότητος, "Ὄρσεο, Κυλλοπόδιον, ἐμὸν τέκος." ———. *De audiend. Poëtis.*

Ver. 332. —μάχῃ ἠΐσκομεν εἶναι.] Κατὰ σοῦ γὰρ ἄξιον ἀνταγωνιστὴν ἠΐσκομεν τὸν Ξάνθον. *Schol.*

Ver. 335. —ὄρσουσα.] *Al.* ὀρέουσα.

Ver. 339. —καὶ ἀρειῇ.] Cod. *Harleian.* ἢ ἀρειῇ· Quo modo legit & *Eustathius.*

Ver. 341. —ἀκάματον πῦρ.] Vide suprà ad *ver.* 13; & ad α, 398.

Ὣς ἔφαθ᾽· Ἥφαιστος δὲ τιτύσκετο θεσπιδαὲς πῦρ.
Πρῶτα μὲν ἐν πεδίῳ πῦρ δαίετο, καῖε δὲ νεκροὺς
Πολλοὺς, οἵ ῥα κατ᾽ αὐτὸν ἅλις ἔσαν, οὓς κτάν᾽ Ἀχιλλεύς·
Πᾶν δ᾽ ἐξηράνθη πεδίον, σχέτο δ᾽ ἀγλαὸν ὕδωρ.
Ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ὀπωρινὸς Βορέης νεοαρδέ᾽ ἀλωὴν
Αἶψ᾽ ἂν ξηραίνῃ, χαίρει δὲ μιν ὅστις ἐθείρει·
Ὣς ἐξηράνθη πεδίον πᾶν, κὰδ δ᾽ ἄρα νεκροὺς
Κῆεν, ὁ δ᾽ ἐς ποταμὸν τρέψε φλόγα παμφανόωσαν.
Καίοντο πτελέαι τε, καὶ ἰτέαι, ἠδὲ μυρῖκαι,
Καίετο δὲ λωτός τ᾽, ἠδὲ θρύον, ἠδὲ κύπειρον,
Τὰ περὶ καλὰ ῥέεθρα ἅλις ποταμοῖο πεφύκει·
Τείροντ᾽ ἐγχέλυές τε, καὶ ἰχθύες, οἳ κατὰ δίνας,
Οἳ κατὰ καλὰ ῥέεθρα κυβίστων ἔνθα καὶ ἔνθα,
Πνοιῇ τειρόμενοι πολυμήτιος Ἡφαίστοιο.
Καίετο δ᾽ ἲς Ποταμοῖο, ἔπος τ᾽ ἔφατ᾽, ἔκ τ᾽ ὀνόμαζεν·
Ἥφαιστ᾽, οὔτις σοί γε θεῶν δύνατ᾽ ἀντιφερίζειν,
Οὐδ᾽ ἂν ἐγὼ σοί γ᾽ ὧδε πυρὶ φλεγέθοντι μαχοίμην·

Sic dixit: Vulcanus autem jaculabatur immanè-ardentem ignem.
Primùm quidem in campo ignis accendebatur, cremabátque mortuos
Multos, qui in eo affatim erant, quos interfecerat Achilles:
Totus verò ficcatus est campus, coërcitáque est limpida aqua.
Ut verò cùm autumnalis Boreas recèns-irrigatum-hortum
Statim exiccaverit, gaudet verò, ipsum quisquis de-more-colit:
Sic exiccatus est campus totus, atque mortuos
Exussit; at is in fluvium vertit flammam collucentem.
Urebantur ulmique & salices, atque myricæ;
Urebatur etiam lotúsque, & ulva, atque cyperus,
Quæ circum pulchra fluenta affatim fluvii nascebantur:
Laborabant anguillæque, & pisces, qui per vortices,
Qui per pulchra fluenta urinabantur huc illuc,
Spiritu laborantes varii-artificiis Vulcani.
Urebatur & vis Fluvii, verbáque fecit, dixitque;
" Vulcane, nullus tibi certè deorum potest ex-æquo-adversari,
" Neque omninò ego tibi sic igne ardenti pugnavero:

Ver. 343. —καῖε.] *Al.* δαῖε.

Ver. 344. —ῥά.] *Ut dictum est*———.

Ver. 346. —ὀπωρινὸς.] Vide suprà ad ε, 5.

Ibid. —νεοαρδέ᾽ ἀλωήν.] Νεωστὶ πεποτισμένην καὶ ἀρδευθεῖσαν. *Schol.*

Ver. 347. —ἐθείρει.] Ἐξ ἔθους ἐπιμελοῖτο. *Schol.* *Al.* ἐθείρῃ.

Ver. 348. —ἄρα.] *Ut fit*———. *Ut par erat*———.

Ver. 351. —δὲ λωτός.] Quâ ratione, δὲ, hîc producatur; item Τὰ, *ver.* 352; & καιόμενος, *ver.* 361; & μελδόμενος, *ver.* 363; & λισσόμενος, *ver.* 368; vide suprà ad α, 51.

Ibid. —λωτός τ᾽ ἠδὲ θρύον.] *Al.* λωτός τε ἠδὲ θρύον. Quo modo legit & Codex *Harleianus.*

Ibid. —θρύον.] Εἶδος φύκος, ὁ λεγόμενος θρύοσις. *Schol.*

Ver. 352. —πεφύκει.] Si πέφυκε dixisset, jam non constitisset Temporum ratio. Vide suprà ad α, 37; & ad γ, 492.

Ver. 353. Τείροντ᾽ ἐγχέλυές τε, καὶ ἰχθύες.] Καὶ ὁ ποιητὴς δὲ θέλων δηλῶσαι τὸ εἰς βάθος τοῦ ποταμοῦ καιόμενον, οὕτως ἔφη· " Τείροντ᾽ ἐγχέλυές τε καὶ ἰχθύες." Ἰδιαίτερον δὲ καὶ κατ᾽ ἐξαίρετον ἐγχέλυες, ἵνα καὶ τὸ βάθος τοῦ κεκαυμένου ὕδατος δηλώσῃ. *Athenæus, Lib.* VII, *cap.* 13.

Ver. 354, 361, 365, & 382. —καλά.] Vide suprà ad β, 43.

Λῆγ' ἔριδος· Τρῶας δὲ καὶ αὐτίκα δῖος Ἀχιλλεὺς
Ἄστεος ἐξελάσειε· τί μοι ἔριδος καὶ ἀρωγῆς;
Φῆ πυρὶ καιόμενος· ἀνὰ δ' ἔφλυε καλὰ ῥέεθρα.
Ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον, ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ,
Κνίσσην μελδόμενος ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο,
Πάντοθεν ἀμβολάδην, ὑπὸ δὲ ξύλα κάγκανα κεῖται·
Ὡς τοῦ καλὰ ῥέεθρα πυρὶ φλέγετο, ζέε δ' ὕδωρ·
Οὐδ' ἔθελε προρέειν, ἀλλ' ἴσχετο· τεῖρε δ' ἀϋτμὴ,
Ἡφαίστοιο βίηφι πολύφρονος, αὐτὰρ ὅγ' Ἥρην,
Πολλὰ λισσόμενος, ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ἥρη, τίπτε σὸς υἱὸς ἐμὸν ῥόον ἔχραε κήδειν
Ἐξ ἄλλων; οὐ μέν τοι ἐγὼ τόσον αἴτιός εἰμι,
Ὅσσον οἱ ἄλλοι πάντες, ὅσοι Τρώεσσιν ἀρωγοί.
Ἀλλ' ἤτοι μὲν ἐγὼν ἀποπαύσομαι, εἰ σὺ κελεύεις·

" Define à certamine: Trojanos verò vel statim nobilis Achilles
" Urbe expellat: Quid mihi cum contentione & auxilio?
Dixit igne ardens: ebulliebant autem pulchra fluenta.
Ut verò lebes fervet intùs, dum urgetur igne multo,
Adipedem liquefaciens saginati porci,
Undique eructans, subtùs nempè ligna sicca jacent:
Sic hujus pulchra fluenta igne ardebant, bulliebàtque aqua;
Nec poterat profluere, sed inhibebatur: infestabat enim vapor,
Vulcani per vim multiscii: At ille Junonem,
Multis supplicans, verbis allatis allocutus est;
" Juno, cur tuus filius in meum fluentum furentèr-incubuit, ut infestaret
" Præ cæteris? non sanè tibi ego tantum in culpâ sum,
" Quantum cæteri omnes dii, quotquot Trojanis auxiliatores.
" Sed certè quidem ego desistam, si tu jubes:

Ver. 362. Ὡς δὲ λέβης.]
——Magno veluti cum flamma sonore
Virgea suggeritur costis undantis aheni,
Exultantque æstu latices; furit intus aquæ vis,
Fumidus atque alte spumis exuberat amnis:
Nec jam se capit unda; volat vapor ater ad auras. *Æn.* VII, 462.
Quo de loco *Macrobius*; " Græci versus æni continent mentionem multo igne ebullientis: & totum ipsum locum hæc verba ornant πάντοθεν ἀμβολάδην· nam scaturigines ex omni parte emergentes sic elegantèr expressit. In Latinis versibus tota rei pompa descripta est, sonus flammæ; & pro hoc quod ille dixerat, πάντοθεν ἀμβολάδην, *exsultant æstu latices*, & amnem fumidum exuberantem spumis atque intus furentem (unius enim verbi non reperiens similem dignitatem, compensavit quod deerat copiæ varietate descriptionis,) adjecit post omnia; *Nec jam se capit unda*: quo expressit quod semper usu evenit suppositi nimietate caloris." *Lib.* V, *cap* 11.

Ver. 363. Κνίσσην μελδόμενος.] Οἱ μὲν διορθοῦντες, ἠξίουν μετὰ τοῦ ν γράφειν, " Κνίσσην μελδόμενος," ἀντὶ τοῦ, τήκων, ἀκούοντες· ἔνιοι δὲ, τὸ κνίσσαν τήκων· σημαίνει γὰρ κυρίως τὸ μέλδειν, τὸ τὰ μέλη ἕψειν. *Porphyr. Quæst. Homeric.* 10. Similitèr exponit *Scholiastes*: Ἀντὶ τοῦ, τὰ λίπη τήκων.

Ver. 366. —προρέειν.] Cod. *Harleian.* προχέειν.

Ver. 368. —Πολλὰ λισσόμενος.] Vox, πολλὰ, ultimam hîc, etiam extra cæsuram, mihi videtur eâdem de causâ *consultò* producere, ac vox μέγα, in μέγα ἰάχουσα, & similibus. Vide suprà ad δ', 456. *Barnesius* ex conjecturâ edidit, πολλὰ ἐ λισσόμενος. Quam lectionem " omninò *sensui* " *Versuique* aptiorem" contendit. Sed, ut opinor, minùs rectè.

Ver. 372, 384. —ἀποπαύσομαι——Παυσάσθην.] Vide suprà ad γ', 141.

Ver. 376.

Παυέσθω δὲ καὶ οὗτος· ἐγὼ δ' ἐπὶ καὶ τόδ' ὀμοῦμαι,
Μήποτ' ἐπὶ Τρώεσσιν ἀλεξήσειν κακὸν ἦμαρ,
Μηδ' ὁπόταν Τροίη μαλερῷ πυρὶ πᾶσα δάηται
Καιομένη, καίωσι δ' ἀρήιοι υἷες Ἀχαιῶν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τό γ' ἄκουσε θεὰ λευκώλενος Ἥρη,
Αὐτίκ' ἄρ' Ἥφαιστον προσεφώνεεν ὃν φίλον υἱόν·
Ἥφαιστε, σχέο, τέκνον ἀγακλεές· οὐ γὰρ ἔοικεν
Ἀθάνατον θεὸν ὧδε βροτῶν ἕνεκα στυφελίζειν.
Ὣς ἔφαθ'· Ἥφαιστος δὲ κατέσβεσε θεσπιδαὲς πῦρ·
Ἄψορρον δ' ἄρα κῦμα κατέσσυτο καλὰ ῥέεθρα.
Αὐτὰρ ἐπεὶ Ξάνθοιο δάμη μένος, οἱ μὲν ἔπειτα
Παυσάσθην· Ἥρη γὰρ ἐρύκακε χωομένη περ.
Ἐν δ' ἄλλοισι θεοῖσιν ἔρις πέσε βεβριθυῖα,
Ἀργαλέη, δίχα δέ σφιν ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἄητο·
Σὺν δ' ἔπεσον μεγάλῳ ὀμάδῳ, βράχε δ' εὐρεῖα χθών·
Ἀμφὶ δὲ σάλπιγξεν μέγας οὐρανός· ἄιε δὲ Ζεὺς

" Desistat autem & hic: ego verò insupèr & hoc juro,
" Nunquam à Trojanis *me* depulsurum-ope-allatâ malum diem;
" Nè quidem cum Troja exitiali igne tota cremabitur
" Incensa, incenderint autem Mavortii filii Achivorum.
Ut verò hoc audierat dea ulnas-candida Juno,
Confestim Vulcanum allocuta est suum dilectum filium;
" Vulcane, abstine, fili inclyte: haud enim par est
" Immortalem Deum ità mortalium gratiâ torquere.
Sic dixit: Vulcanus autem extinxit immanè-ardentem ignem:
Et refluа continuò unda dejecit se in pulchros rivos.
At postquàm Xanthi domita est vis, hi quidem posteà
Quieverunt: Juno enim coërcuit irata licèt.
Cæteris verò diis contentio incubuit gravis,
Importuna; in diversa nempè iis in præcordiis animus ferebatur;
Concurrerunt autem ingenti tumultu, remugiit verò lata tellus;
Circúmque clangorem reddidit magnum cælum; audivit autem Jupiter

Ver. 376. Καιομένη, καίωσι δ'.] Cod. *Harleian.* Δαιομένη, δαίωσι δ'. Ut suprà φ', 317.

Ver. 378. Αὐτίκ' ἄρ'.] *Statim deinceps*; *Statim proindè*——.

Ver. 380. —στυφελίζειν.] *Al.* στυφελίξειν.

Ver. 382. —κατέσσυτο.] *Al.* κατέχετο.

Ver. 385. —βεβριθυῖα.] Vide suprà ad β', 314.

Ver. 386. —δίχα δέ σφιν ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἄητο.] Διχῶς δὲ αὐτῶν ἐμερίσθη ἡ ψυχή, τουτέστι διάφορον εἶχον τὴν γνώμην. *Schol.*

Ver. 387. —μεγάλῳ ὀμάδῳ, βράχε δ' εὐρεῖα χθών.] Vide suprà ad β', 210; & ad γ', 455.

Ibid. —ὀμάδῳ.] *Al.* πατάγῳ· Ut suprà ver. 9.

Ver. 388. Ἀμφὶ δὲ σάλπιγξεν μέγας οὐρανός· ἄιε δὲ Ζεύς.]

It clamor cœlo: —— *Æn.* V, 451.
Tyrrhenusque tubæ mugire per æthera clangor. *Æn.* VIII, 526.
At tuba terribilem sonitum procul ære canoro
Increpuit: sequitur clamor, cœlumque remugit. *Æn.* IX, 503.
It cœlo clamorque virûm, clangorque tubarum: *Æn.* XI, 192.

Ubi in transcursu notandum, istud, "*It cœlo clamor,*" non esse, "*It clamor ad cœlum*;" vel, "*Clamor tollitur ad cœlum,*" uti minùs rectè reddit *Ruæus*; sed, "*It clamor per totum cœlum*;" vel, "*Totum cœlum clamore resonat.*" Ἡ μὲν μεταφορὰ σμικροπρεπεστέραν ποιοῦσι μᾶλλον ἢ μέγεθος. ——οὐρανὸν γὰρ ὅλον ἠχῆσαι, οὐκ ἐχρῆν προσεοικέναι ἠχούσῃ σάλπιγγι. Πλὴν εἰ μή τις ἅμα ἀποδέξαιτο ὑπὲρ τοῦ Ὁμήρου λέγων, αὐτομάτως

Ἥμενος Οὐλύμπῳ, ἐγέλασσε δέ οἱ φίλον ἦτορ
Γηθοσύνῃ, ὅθ' ὁρᾶτο θεοὺς ἔριδι ξυνιόντας.
Ἔνθ' οἵ γ' οὐκ ἔτι δηρὸν ἀφέστασαν· ἦρχε γὰρ Ἄρης
Ῥινοτόρος, καὶ πρῶτος Ἀθηναίῃ ἐπόρουσε,
Χάλκεον ἔγχος ἔχων· καὶ ὀνείδειον φάτο μῦθον·
Τίπτ' αὖ, ὦ κυνόμυια, θεοὺς ἔριδι ξυνελαύνεις,
Θάρσος ἄητον ἔχουσα; μέγας δέ σε θυμὸς ἀνῆκεν.
Ἦ οὐ μέμνῃ, ὅτε Τυδεΐδην Διομήδε' ἀνῆκας
Οὐτάμεναι; αὐτὴ δὲ πανόψιον ἔγχος ἑλοῦσα,
Ἰθὺς ἐμεῦ ὦσας, διὰ δὲ χρόα καλὸν ἔδαψας·
Τῷ σ' αὖ νῦν ὀΐω ἀποτισέμεν, ὅσσα μ' ἔοργας.
Ὣς εἰπὼν, οὔτησε κατ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν,
Σμερδαλέην, ἣν οὐδὲ Διὸς δάμνησι κεραυνὸς,
Τῇ μιν Ἄρης οὔτησε μιαιφόνος ἔγχεϊ μακρῷ·

Sedens in Olympo; risitque ei suum cor
Lætitiâ, ut vidit deos certamine congredientes.
Tum ii non ampliùs diù seorsùm-stetere: incepit enim Mars
Clypeorum-perforator, & primus in Minervam irruit,
Æream hastam tenens; & probrosa dixit verba;
" Cur verò jam, ô impudentissima, deos ad certamen committis,
" Audaciâ immensâ prædita? Magnus autem te animus extimulavit.
" Annon recordaris, quando Tydidem Diomedem impulisti,
" Ut *me* perculeret? Ipsâque fulgidâ hastâ sumptâ,
" Rectà-in me adegisti, corpúsque pulchrum dilacerâsti:
" Ideò te vicissim nunc puto luituram esse, quæcunque in me fecisti.
Sic fatus, feriit ægidem fimbriatam,
Horrendam, quam nè Jovis quidem domuerit fulmen;
In hâc eam Mars percussit cæde-inquinatus hastâ longâ:

αἱ σαλπίγγες ἤχησαν μέγας οὐρανὸς, ὡς ἂν ἠχήσειε σαλπίζων ὅλος οὐρανός. *Demetr. Phaler.* § 84. *Longinus* autem; Ὑπερφυᾶ, inquit, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς θεομαχίας φαντάσματα·

" Ἀμφὶ δ' ἐσάλπιγξεν μέγας οὐρανὸς, Οὔλυμπός τε."

Ubi notandum pro vulgato, ἄϊε δὲ Ζεὺς, legisse hîc *Longinum*, aut memoritèr citâsse Οὔλυμπός τε. Cæterùm hæc de *tonitru* accipit *Popius*; minùs rectè. Quod autem de hoc loco ait *Terrassonus*, id verò planè est ineptum; " Pour moi je dis, que le ciel " n'ayant ni ne pouvant avoir une bouche, " & n'etant point dans l'ordre des animaux " qui sont doüez de la parole ou de la voix; " nôtre regle condamne ce merveilleux, " comme n'etant point analogique à ce qui " se passe dans la nature," *Dissertat. sur l' Iliade, Part.* IV, *cap.* I.

Ibid. —ἄϊε δὲ Ζεὺς Ἥμενος Οὐλύμπῳ.]

At non hæc nullis hominum sator atque Deorum
Observans oculis, summo sedet altus Olympo. *Æn.* XI, 725.

Ver. 391. —ἀφέστασαν.] Vide suprà ad μ', 55.

Ver. 394. Τίπτ' αὖ.] *Al.* Τίπτ' αὖτ'.

Ibid. —κυνόμυια.] *Impudens & molesta.*

Ver. 396. Ἦ οὐ μέμνῃ.] Pronuntiabatur ἦυ μέμνῃ. Vide suprà ad ύ, 188; & ad έ, 349.

Ver. 397. Οὐτάμεναι.] Vide suprà ad *ver.* 68.

Ibid. —πανόψιον.] Ἐν τῷ πάντων ὄψει ὁρώμενον. *Schol.* Ἀντίμαχος δὲ, ὑπονόσφιον γράφει. *Eustath.*

Ver. 399. —ἀποτισέμεν.] Vide suprà ad ί, 508.

Ver. 400 & 402. —οὔτησε.] Vide suprà ad δ', 469.

Ver. 400. —αἰγίδα.] *Eustathius* videtur legisse ἀσπίδα.

Ibid. —θυσσανόεσσαν.] Rectè cum duplici σ'. Vide suprà ad β', 593.

Ἡ δ' ἀναχασσαμένη λίθον εἵλετο χειρὶ παχείῃ,
Κείμενον ἐν πεδίῳ, μέλανα, τρηχύν τε, μέγαν τε,
Τόν ῥ' ἄνδρες πρότεροι θέσαν ἔμμεναι οὖρον ἀρούρης·
Τῷ βάλε θοῦρον Ἄρηα κατ' αὐχένα, λῦσε δὲ γυῖα·
Ἑπτὰ δ' ἐπέσχε πέλεθρα πεσών, ἐκόνισσε δὲ χαίτας·
Τεύχεά τ' ἀμφαράβησε· γέλασσε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη,
Καί οἱ ἐπευχομένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Νηπύτι', οὐδέ νύ πώ περ ἐπεφράσω, ὅσσον ἀρείων
Εὔχομ' ἐγὼν ἔμμεναι, ὅτι μοι μένος ἀντιφερίζεις;
Οὕτω κεν τῆς μητρὸς ἐριννύας ἐξαποτίνοις,
Ἥ τοι χωομένη κακὰ μήδεται, οὕνεκ' Ἀχαιοὺς
Κάλλιπες, αὐτὰρ Τρωσὶν ὑπερφιάλοισιν ἀμύνεις.
Ὣς ἄρα φωνήσασα, πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινώ·
Τὸν δ' ἄγε χειρὸς ἑλοῦσα Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη,
Πυκνὰ μάλα στενάχοντα· μόγις δ' ἐσαγείρετο θυμόν.

Illa verò retrò-cedens saxum prehendit manu robustâ,
Jacens in campo, nigrum, asperúmque, magnúmque,
Quod homines prisci posuerant, ut esset terminus arvi;
Hoc percussit impetuosum Martem ad cervicem, solvítque membra:
Septem autem *is* occupavit jugera stratus, fœdavítque pulvere crines;
Armáque circùm sonitum-dedere: Risit verò Pallas Minerva,
Et super eum glorians verbis alatis allocuta est;
“ Stulte, nè adhuc quidem sensisti, quantò fortior
“ Glorior ego esse, quòd mihi vires opponis?
“ Sic sanè tuæ matris furias luas,
“ Quæ tibi irata mala machinatur; quod Achivos
“ Deseruisti, ac Trojanis fœdifragis auxiliaris.
Sic quidem loquuta, avertit oculos lucidos:
Hunc verò abduxit manu prehensum Jovis filia Venus,
Crebrò admodùm suspirantem: ægrè autem *is* collegit animum.

Ver. 403. —λίθον εἵλετο χειρί.]

Saxum antiquum, ingens, campo quod forte jacebat
Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.
Vix illud, lecti bis sex cervice subirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.
Ille manu raptum trepidâ torquebat in hostem
Altior insurgens ——— *Æn.* XII, 897.

Quo in loco *Virgilium Homero* superiorem existimat *Scaliger:* “ Plus (inquit) ad rem “ facit *antiquum*, quàm nigrum, declarat “ enim magnitudinem; & verò similius est, “ non esse asperum, si pro termino positum “ fuerat.” Ipse tamen paulò post; “ Etiam illud (inquit) notare possumus, *Saxum antiquum* aptè designare verba illa; “ ἄνδρες πρότεροι.” *Poëtic. lib.* V, *cap.* 3.

Ver. 404. —τρηχύν.] Vide suprà ad β', 633.

Ver. 405. Τόν ῥ'.] *Quod scilicet* ———.

Ibid. & *ver.* 465. —ἀρούρης.] Vide suprà ad ζ', 142.

Ver. 408. —ἀμφαράβησε.] Vide suprà ad δ', 455.

Ver. 410. —ἐπεφράσω.] Vide suprà ad α', 140.

Ver. 411. —ἀντιφερίζεις.] *Al.* ἰσοφαρίζεις.

Ver. 412. —ἐξαποτίνοις.] Vide suprà ad β', 43.

Ver. 414. —ἀμύνεις.] Cod. *Harleian.* ἀρήγεις.

Ver. 415. —τρέπεν.] Cod. *Harleian.* τρέπειν.

Ver. 416. —Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη.] Cod. *Harleian.* φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη.

Ver. 418,

Τὴν δ' ὡς οὖν ἐνόησε θεὰ λευκώλενος Ἥρη,
Αὐτίκ' Ἀθηναίην ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ὢ πόποι, αἰγιόχοιο Διὸς τέκος, ἀτρυτώνη,
Καὶ δ' αὖθ' ἡ κυνόμυια ἄγει βροτολοιγὸν Ἄρηα
Δηΐου ἐκ πολέμοιο κατὰ κλόνον· ἀλλὰ μέτελθε.
Ὣς φάτ'· Ἀθηναίη δὲ μετέσσυτο, χαῖρε δὲ θυμῷ·
Καί ῥ' ἐπιεισαμένη, πρὸς στήθεα χειρὶ παχείῃ
Ἤλασε, τῆς δ' αὐτοῦ λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ.
Τὼ μὲν ἄρ' ἄμφω κεῖντο ποτὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ·
Ἡ δ' ἄρ' ἐπευχομένη ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευε·
Τοιοῦτοι νῦν πάντες, ὅσοι Τρώεσσιν ἀρωγοί,
Εἶεν, ὅτ' Ἀργείοισι μαχοίατο θωρηκτῇσιν,
Ὧδέ τε θαρσαλέοι καὶ τλήμονες, ὡς Ἀφροδίτη
Ἦλθεν Ἄρει ἐπίκουρος, ἐμῷ μένει ἀντιόωσα·
Τῷ κεν δὴ πάλαι ἄμμες ἐπαυσάμεθα πτολέμοιο,
Ἰλίου ἐκπέρσαντες ἐϋκτίμενον πτολίεθρον.
Ὣς φάτο· μείδησεν δὲ θεὰ λευκώλενος Ἥρη.

Hanc verò ut advertit dea ulnas-candida Juno,
Statim Minervam verbis alatis allocuta-est;
" Proh mirum, Ægiochi Jovis filia indomita,
" En rursùs illa impudentissima abducit hominum-perniciem Martem
" Ardenti è prælio per tumultum: at insequere.
Sic dixit: Minerva autem ibidem concito-gradu-persequebatur, gaudebátque animo;
Et impetu in eam facto, ad pectora manu robustâ
Percussit: ejus autem ibidem soluta sunt genua & charum cor.
Illi itaque ambo jacebant in terrâ almâ:
Illa verò super *eos* glorians verba alata dixit;
" Tales nunc omnes, quotquot Trojanis auxiliatores,
" Sint, quandò cùm Argivis pugnant armatis,
" Et æquè audaces & tolerantes, ac Venus
" Venit Marti auxiliatrix, meo robori occurrens:
" Tum prorsùs jam olim nos destitissemus pugnâ,
" Ilii eversâ benè-ædificatâ urbe.
Sic dixit: Subrisit autem dea ulnas-candida Juno.

Ver. 418, 434, & 512. —λευκώλενος Ἥρη.] Vide suprà ad α', 572; & ad ε', 92.

Ver. 420. —αἰγιόχοιο Διὸς.] Vide suprà ad α', 202.

Ibid. —ἀτρυτώνη.] Vide suprà ad β', 157.

Ver. 421. —κυνόμυια.] Vide suprà ad *ver.* 394.

Ver. 424, 432. —ἐπιεισαμένη——ἐπαυσάμεθα.] Vide suprà ad ν', 90; & ad γ', 141.

Ver. 425. —λύτο.] Vide suprà ad *ver.* 114.

Ver. 426. —ποτὶ.] *Al.* ἐπί.

Ver. 429. —θωρηκτῇσιν.] Ita ex uno MS edidit *Barnesius*. Ut sit videlicèt ex θωρηκτής· quam vocem (uti ipse annotat) usurpat Poëta suprà μ', 317; ο', 689, 739; itémque *ver.* 277 hujus libri. *Al.* θωρηκτοῖσιν· scilicèt ex θωρηκτός· quæ vox alibi apud *Homerum* non reperitur.

Ver. 431. —Ἄρει ἐπίκουρος.] Cod. *Harleian.* Ἄρηι ἐπίκουρος. Quæ si vera sit lectio, pronuntiandum erit, Ἄρη' ἐπίκουρος.

Ver. 432, 442, 450. —κεν δὴ ——ἴδε δὴ——Ἀλλ' ὅτε δή.] Vide suprà ad ξ', 433, 504; & ad β', 158.

Ver. 434. Ὣς φάτο.] Deest hic versus in codice *Harleiano*.

Αὐτὰρ Ἀπόλλωνα προσέφη κρείων Ἐνοσίχθων·
Φοῖβε, τίη δὴ νῶϊ διέσταμεν; οὐδὲ ἔοικεν,
Ἀρξάντων ἑτέρων· τὸ μὲν αἴσχιον, αἴκ' ἀμαχητὶ
Ἴομεν Οὔλυμπόνδε, Διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ.
Ἄρχε· σὺ γὰρ γενεῆφι νεώτερος· οὐ γὰρ ἔμοιγε
Καλὸν, ἐπεὶ πρότερος γενόμην, καὶ πλείονα οἶδα.
Νηπύτι', ὡς ἄνοον κραδίην ἔχες· οὐδέ νυ τῶν περ
Μέμνηαι, ὅσα δὴ πάθομεν κακὰ Ἴλιον ἀμφὶ,
Μοῦνοι νῶϊ θεῶν, ὅτ' ἀγήνορι Λαομέδοντι
Πὰρ Διὸς ἐλθόντες θητεύσαμεν εἰς ἐνιαυτὸν,
Μισθῷ ἐπὶ ῥητῷ, ὁ δὲ σημαίνων ἐπέτελλεν;
Ἤτοι ἐγὼ Τρώεσσι πόλιν καὶ τεῖχος ἔδειμα
Εὐρύ τε καὶ μάλα καλὸν, ἵν' ἄρρηκτος πόλις εἴη·
Φοῖβε, σὺ δ' εἰλίποδας ἕλικας βοῦς βουκολέεσκες
Ἴδης ἐν κνημοῖσι πολυπτύχου ὑληέσσης.

At Apollinem allocutus est rex Terræ-quassator;
" Phœbe, cur jam nos seorsùm-stamus? Neque enim par est,
" Cùm cœperint alii: Hoc quidem turpe, si sine-pugnâ
" Redierimus in Olympum, Jovis ad ære-fundatam domum.
" Incipe; tu enim natu junior: Non enim mihi quidem
" Honestum, quippe qui prior natus sum, & plura cognovi.
" Stulte, cùm ita mente-cassum cor habes: neque prorsùs eorum saltem
" Recordaris, quot jam passi sumus mala Ilium circa,
" Soli nos deorum, cùm superbo Laomedonti
" A Jove profecti operam locavimus in annum,
" Mercede condictâ; is autem præcipiens mandata dabat?
" Ego quidem Trojanis urbem & muros ædificavi
" Latósque & admodùm pulchros, ut inexpugnabilis urbs esset:
" Phœbe, tu verò flexipedes camuros boves pascebas
" Idæ in saltibus multas-convalles-habentis sylvosæ.

Ver. 438, & 505. —χαλκοβατὲς δῶ.] Vide suprà ad α', 426.

Ver. 439. —γενεῆφι.] Vide suprà ad ν', 588.

Ver. 440 & 447. Καλὸν.] Vide suprà ad β', 43.

Ver. 445. —ἐπὶ ῥητῷ.] Quâ ratione, ἐπὶ, hîc ultimam producat; itèm, εἰλίποδας, *ver.* 448; & αἰὲν, *ver.* 475; vide suprà ad α', 51. *Al.* ἐπί ῥ' ῥητῷ.

Ver. 446. Ἤτοι ἐγὼ Τρώεσσι πόλιν καὶ τεῖχος ἔδειμα.]

Structa meis manibus perjuræ mœnia Trojæ. *Æn.* V, 811.

Ibid. —πόλιν καὶ τεῖχος.] Cod. *Harleian.* πόλιν περὶ τεῖχος.

Ver. 448. Φοῖβε, σὺ δ' εἰλίποδας.] " Sol " pascit omnia, quæ terra progenerat: Un" de non unius generis, sed omnium peco" rum Pastor canitur. Ut apud Homerum " Neptuno dicente;

" Φοῖβε, σὺ δ' εἰλίποδας ἕλικας βοῦς βουκολέεσκες."

Macrob. Lib. I, *cap.* 17.

Ibid. —ἕλικας βοῦς.] Ἕλικας δὲ τὰς βοῦς φησιν ἐπιθετικῶς, ἤτοι ἀπὸ τῆς κινήσεως τῶν ποδῶν, καθ' ὃ εἰλίποδας λέγονται· ἢ τὰς ἑλικοειδῆ τὰ κέρατα ἐχούσας, ὅ ἐστιν ἐπικαμπῆ. *Schol.* At si vera esset prior interpretatio, tum præcedens εἰλίποδας omninò esset supervacaneum. Vide suprà ad ι', 462.

Ibid. —βουκολέεσκες.] *Pascere solebas.* Vide suprà ad *ver.* 31; & ad ν', 84.

Ver. 449. —κνημοῖσι.] Ταῖς προβάσεσι τῶν ὀρῶν. *Schol.*

Ibid. —πολυπτύχου.] Πολλὰς ἀνοχὰς ἢ ἀποκλίσεις ἐχούσης. *Schol.*

Ibid. —ὑληέσσης.] *nemorosâ. Æn.* III, 270. Vide & suprà ad γ', 151.

Ver. 450.

Ἀλλ' ὅτε δὴ μισθοῖο τέλος πολυγηθέες Ὧραι
Ἐξέφερον, τότε νῶϊ βιήσατο μισθὸν ἅπαντα
Λαομέδων ἔκπαγλος, ἀπειλήσας δ' ἀπέπεμπε.
Σοὶ μὲν ὅγ' ἠπείλησε πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθε
Δήσειν, καὶ περάαν νήσων ἔπι τηλεδαπάων·
Στεῦτο δ' ὅγ' ἀμφοτέρων ἀποκοψέμεν οὔατα χαλκῷ.
Νῶϊ δέ τ' ἄψορροι κίομεν, κεκοτηότι θυμῷ,
Μισθοῦ χωόμενοι, τὸν ὑποσὰς οὐκ ἐτέλεσσε.
Τοῦ δὴ νῦν λαοῖσι φέρεις χάριν; οὐδὲ μεθ' ἡμέων
Πειρᾷ, ὥς κεν Τρῶες ὑπερφίαλοι ἀπόλωνται
Πρόχνυ κακῶς, σὺν παισὶ καὶ αἰδοίῃς ἀλόχοισι;
Τὸν δ' αὖτε προσέειπεν ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων·
Ἐννοσίγαι', οὐκ ἄν με σαόφρονα μυθήσαιο
Ἔμμεναι, εἰ δὴ σοί γε, βροτῶν ἕνεκα, πτολεμίζω,
Δειλῶν, οἳ φύλλοισιν ἐοικότες, ἄλλοτε μέν τε
Ζαφλεγέες τελέθουσιν, ἀρούρης καρπὸν ἔδοντες,

" Sed cùm jam mercedis terminum gratissimæ Horæ
" Attulerunt, tunc nos vi-fraudavit mercede totâ
" Laomedon violentus, minatúsque dimisit.
" Tibi quidem is minabatur pedes & manus desuper *se*
" Ligaturum, & venditurum insulas in longinquas;
" Affirmabátque idem utriusque *se* abscissurum aures ære.
" Nos verò continuò revertebamur, irato animo,
" Ob mercedem indignantes, quam pollicitus non persolvit.
" Propter hoc jam nunc populis gratificaris? Neque nobiscum
" Tentas, ut Trojani fœdifragi pereant
" Funditùs malè, cum filiis & pudicis uxoribus?
Illum verò vicissim allocutus est rex longè-jaculans Apollo;
" Neptune, haudquaquàm me prudentem dixeris
" Esse, si jam tecum, mortalium gratiâ, dimicem,
" Miserorum, qui foliis similes, interdum quidem
" Admodùm-vegeti sunt, terræ fructu vescentes,

Ver. 450. —πολυγηθέες Ὧραι.] Πολλὴν χαρὰν τοῖς ἀνθρώποις τῇ αὐτῶν ἐπελεύσει ἐμποιοῦσαι. *Schol.* Cæterùm alii, notante *Eustathio*, hîc scribunt πολυγηθέος· ut ad μισθοῖο referatur.

Ver. 453. Σοὶ.] Cod. *Harleian.* Σοί.

Ver. 455. —ἀποκοψέμεν.] Nonnulli, notante *Eustathio*, quibuscum facit & *Scholiastes*, hîc legunt ἀπολεψέμεν· Ut suprà ά, 236;

——περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε.

Al. ἀποκόψειν.

Ver. 459. Πειρᾷ.] Cod. *Harleian.* Πειρᾷς.

Ver. 461—472—478. —ἑκάεργος —— Ἑκάεργε——ἑκάεργος.] Vide suprà ad ά, 43, & 58.

Ver. 463. —βροτῶν ἕνεκα πτολεμίζω.] *Plutarchus, de Consolat. ad Apollonium*, locum hunc hoc modo citat;

——βροτῶν δ' ἕνεκα πτολεμίζειν
Δειλῶν, οἳ φύλλοισιν ἐοικότες, ἄλλοτε μέν τοι
Ζαφλεγέες τελέθουσιν, ἀρούρης καρπὸν ἔδοντες,
Ἄλλοτε δὲ φθινύθουσιν ἀκήριοι, οὐδέ τις ἀλκή.

Ibid. —πτολεμίζω.] *Al.* πτολεμίξω.

Ver. 464. —φύλλοισιν ἐοικότες,——ἄλλοτε——τελέθουσιν,——ἄλλοτε δ' αὖ φθινύθουσιν.] Vide suprà ad ζ', 146.

Ver. 465. Ζαφλεγέες.] Μεγάλως ἔνθερμοι, ἐνεργεῖς. *Schol.*

Ἄλλοτε δ' αὖ φθινύθουσιν ἀκήριοι· ἀλλὰ τάχιστα
Παυσώμεσθα μάχης· οἱ δ', αὐτοὶ δηριαάσθων.
Ὣς ἄρα φωνήσας πάλιν ἐτράπετ'· αἴδετο γάρ ῥα
Πατροκασιγνήτοιο μιγήμεναι ἐν παλάμῃσι.
Τὸν δὲ κασιγνήτη μάλα νείκεσε, πότνια θηρῶν
Ἄρτεμις ἀγροτέρη, καὶ ὀνείδειον φάτο μῦθον·
Φεύγεις δή, Ἑκάεργε; Ποσειδάωνι δὲ νίκην
Πᾶσαν ἐπέτρεψας; μέλεον δέ οἱ εὖχος ἔδωκας;
Νηπύτιε, τί νυ τόξον ἔχεις ἀνεμώλιον αὔτως;
Μή σευ νῦν ἔτι πατρὸς ἐνὶ μεγάροισιν ἀκούσω
Εὐχομένου, ὡς τὸ πρὶν ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσιν,
Ἄντα Ποσειδάωνος ἐναντίβιον πολεμίζειν.
Ὣς φάτο· τὴν δ' οὔτι προσέφη ἑκάεργος Ἀπόλλων·
Ἀλλὰ χολωσαμένη Διὸς αἰδοίη παράκοιτις,
Νείκεσεν Ἰοχέαιραν ὀνειδείοις ἐπέεσσι·
Πῶς δὲ σὺ νῦν μέμονας, κύον ἀδδεές, ἀντί' ἐμεῖο
Στήσεσθαι; χαλεπή τοι ἐγὼ μένος ἀντιφέρεσθαι,
Τοξοφόρῳ περ ἐούσῃ· ἐπεί σε λέοντα γυναιξὶ

" Interdum verò contrà pereunt exanimes: Sed citissimè
" Desistamus à pugnâ; illi verò, ipsi prælientur.
Sic utique locutus retrò se vertit; verebatur enim
Cum patruo conserere manus.
Hunc autem soror vehementèr objurgavit, domina ferarum
Diana agrestis, & probrosa dixit verba;
" Fugis jam, Longè-jaculans? Neptunóque victoriam
